ceratione lubricus est peccator per volup
tatem. Unde dicitur de Iohanne: Quid existis
in desertum videre? hominem mollibus vesti
tum? non et c. Item Gregorius. Pisces habentes squamas
hec innatant in aquis saltum faciunt quandoque
super aquas. Ita scilicet quidam qui temporalibus afflu
unt. Sed pro loco et tempore quando possunt liben
ter ad contemplationem accedunt. Item pis
cis nutriendus est et imitandus. Et ita piscis ac
cipitur in bono. Unde Petrus traxit rethe
plenum c. l. magnis piscibus. Et maxi
me pisces significant rectores aliorum. Unde
Ecce gygantes gemunt sub aquis q. d.
rectores sunt quasi pisces qui sub aquis i. sub
fluctibus mundi gemunt. Item. Pisces
tria habent loca. mare. flumen. stagnum. Hec
tria genera hominum exprimunt. Quidam hic
qui habent contenti sunt non amplius querunt. Hii
sunt pisces in stagno.

Hec sunt que de avibus comedere debetis

Notandum quod superius per quadrupedia animalia me
diocres. per reptilia pauperes. per volu
cres divites significati sunt. Unde quia maxime
peccata habundant in divitibus. ideo
plura enumerat de volatilibus. Et
nota quod sicut in oblatione sacrificiorum
proprium capitulum contemplativis deputatur.
sic et in cibis. Abhominabile est enim
quemlibet contemplationi vacantem spon
te tales maculas habere quales in his avi
bus significantur. Aquilam et gryphen. Est
animal simile aquile in pennis et unguibus.
sed quatuor pedes habet. et equis maxime
inimicum. Aquila quandoque in bonum sumit
ur. Unde Christus dicitur aquila. Unde: Sicut aquila provo
cans ad volandum pullos suos. Item pul
li aquile lambunt sanguinem. Quandoque aquila
in malum. scilicet pro diabolo. Unde Iezechiel.
Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum
et tulit medullam cedri. Diabolus est aqui
la que venit ad sanctos qui sunt candidi per vir
tutem et opera. et quandoque ab eis medullam tollit
id est deicit eos per temptationem. Item aqui
la in altum volat. et acute videt. et tamen
ad cadavera descendit. Ita divites in al
tum volant per dignitatem. acute vident
per cupiditatem. ad cadavera descendunt
per immunditiam. Et gryphem. Hoc animal na
scitur in Hyperboreis montibus. per quod illi
qui equis. id est predicatoribus sunt infesti.
De his equis dicitur Iob. Nunquid prebebis

equorum fortitudine. aut circumdabilis. Et
Iere. Viam fecisti in mari equis tuis.
Et alietum. Gallice muschet. et est avis
rapax. sed vim magnam non habet. Per quam
principes minus potentes intelliguntur
qui si non magna. tamen parva rapiunt
Per hec tamen significantur raptores et cibum alienum
male sectantes. in talibus quibus gauden
tes significantur. Et miluum. Qui est avis
importuna. et querula. rapine studens
Per quem fenerator qui est importunus exigen
do debitum et usuram. et querulus. quia semper
pauperem se facit. et aliena rapit. De
his ysaias. Ibi congregati sunt milui alter
ad alterum. quia unus fenerator exemplum
ab alio sumit. Ac vulturem. Qui quandoque
accipitur in bono. scilicet pro christo. unde iob. Non
intuitus est oculus vulturis. id est christi. Aliquando
in malum sumitur. quia vultur bellis gau
det. et sequitur exercitum expectans cada
vera mortuorum. Talis est qui plus gaudet de
funere propter lucrum temporale. quam dole
at de morte alterius propter dispendium
temporale. vel quam gaudeat de salute eius. Non
debet enim alieno lucro pasci qui dat operam
contemplationi vel perfectioni. Iuxta ge
nus suum. Quia de tali genere multi sunt
Et omne corvinum genus. Inter lineam
Qua est expers affectionis. Corvus enim
pullos suos fovere non incipit antequam
illos nigrescere videat. Per quod boni claustra
les illi. sive alii quicumque designantur qui
nepotibus suis. sive fratribus cum possunt
succurrere nolunt. dum artibus et iniuriis
scientiis invigilant. sed cum leges et de
creta tractant quod ad emolumentum potius temporale
spectant. nimiam continuum praestant
sic. Vox corvi est. cras. cras. Per quod in
telliguntur eos qui malam vitam suam protrahunt
et suspendunt. Unde sophonias. Vox can
tantis in fenestra et corvus in superlimi
nari Fenestre sunt quinque sensus. Superlimi
nare ratio quae debet esse bonum facere. sed corvus
est in superliminare quando ratio ita impeditur
decipitur. Struthionem. Quia alas habet. et tamen non
potest se de terra attollere. Per quod ypocrite qui speciem
virtutis habent. sed non rem. De quibus iob.
Penna struthionis similis est penne herodii
et accipitris. derelinquit in terra ova sua. id est fetus.
Ita et ypocrite. quia circa subditos non sunt
solliciti. quia tantum lac et lanam querunt. Et nic
ticoracem. Qui et nicticorax dicitur. Hec avis
in nocte acute videt et parum in die. Ta
les sunt qui legis glosam contemplatione et
evangelii lucem capere non possunt. Vel per illam
felices qui ad pecuniam recipiendam viden
tes sunt. sed ad peccatum cognoscendum ceci fi
unt. De talibus dicit ysaias. Specula
tores eius ceci omnes. Item propheta. Sapientes sunt
ut faciant mala. bonum autem facere nescierunt. Et larum.
Qui volat et natat. Per quem intelliguntur in temporalibus cupi
di claustrales. Unde. Nemo militans deo
implicet se negotiis secularibus. Et accipitrem. Qui cum homini
bus mansuescit. inter aves tamen rapax est
Huic imitantur qui mansueti videntur sed
cum potentibus et avaris et rapacibus rapi

inueniuntur. De quibus. Sedet in insidiis cum diui-
tibus in occultis etc. Bubonem. qui auis est
nocturna. Per quem peccatores. et maxime for-
nicatores qui lucem oderunt. Unde. Qui ma-
le agit odit lucem. Et ingluuiem. ab ingen-
ti dictum. qui ingluuiem suam assidue
ingerit captis. Per quod uentris ingluuies
designatur. que rationem suffocat et subuer-
git. Et ybim. Que est auis aquatica. serpenti-
bus inimica. Per quam peccator in aquis concupis-
centie fluctuans. et serpentia uite proden-
ne inimicans. Et cygnum. Que est auis lon-
gi colli. et cibum de profundo terre uel aquis
trahit. per quod quidam contemplatiui. qui cum debent
contemplationi insistere. ad terrena et temporalia
respiciunt. et ibi oculum deuotionis defi-
gunt qui redeuntes in egiptum contra quod est in euan-
gelio. Qui in tecto est non descendat tollere aliquid
de domo. Et onocrotalum. Que est similis cygno-
rum per hunc idem accipitur. De quo ysaias. Possi-
debunt eam centauri et onocrotali. Et por-
phirionem. Que idem est secundum quosdam quod pellica-
nus qui pullos suos interficit. et post eos luget
per quem prelati. qui tandem lugent subditos quos inter-
fecerunt per praua exempla. Et herodio-
nem. Que idem est quod herodius auis rapacis-
sima. De quo in psalmo. Herodii domus dux
est eorum. Caradrion. Que est auis garrula
et loquax. per quam loquaces et garruli. Unde ia-
cobus. Sit autem omnis homo uelox ad audien-
dum. tardus autem ad loquendum. et tardus ad iram. Item apostolus.
Omnis sermo malus de ore uestro non procedat. Upu-
lam. Que in stercore humano nidifi-
cat. Per quam illi qui nidum faciunt in tempora-
libus que apostolus stercora reputat. Item upu-
la lugubris est et fletum amat per quod illi
qui de morte aliorum gaudent. Unde
soli testamenta mortem optant. Et uesper-
lionem. Que in circuitu uolat. et pro pedibus alis
utitur. Per quod illi contemplatiui intelliguntur
qui alis contemplationis utuntur ut temporalibus
sustententur. Nota his predictis. et
his que secuntur omnium uiciorum genera contineri.
Omne de uolucribus quod graditur super .iiii.
pedes abhominabile erit uobis.
Alienum enim debet esse ab his qui contemplan-
tur. Per uolatilia ista intelliguntur illi
contemplatiui qui per patriam discurrere
gaudent. Uel ut glosa dicit. predica-
tores gratiam euangelicam in amorem
et lucrum temporale conuertentes intel-
liguntur. Quod habet crura retro longiora
etc. Nota quod quedam habent tibias ante-
riores longiores. per quas designantur cu-
pidi. qui magis extendunt se ad tempora-
lia quam ad eterna. et ita extollunt se in
temporalibus que prima dicuntur. quia ea primo ap-
petunt. De his dicitur in psalmo. Deus meus po-
ne illos ut rotam etc. Gregorius. Rota in
anterioribus cadit. in posterioribus eleua-
tur. tales sunt amatores temporalium qui in
eternis deficiunt in temporalibus proficiunt.
Quedam habent crura retro longiora. per
quas illi qui contemptis mundanis in ap-

petitū celestium se exaltunt. Per quod sa
lit. quia iusti per desiderium saliunt
ad dominum. 7 ita super terram qui in carne
uiuunt super carnem. 7 a sordidis
actionibus exiliunt. 7 tamen in terram
ambulant. qui inter peccatores ut eos
instruant conuersantur exemplo domini
cum publicanis 7 peccatoribus conuiuan
tis. Ut est brucus 7c. & athacus. Qui
cum serpentibus pugnat. per quod iusti qui
pugnant cum uiciis. Lauabit uestimenta
sua. Unde. Beatus qui custodit uestimenta sua
ne nudus ambulet. Quicumque tetigit mor
ticina eorum polluetur. Id est actiones imi
tabitur. Polluetur. id est inmundus erit. Usque
ad uesperam. donec peniteat. Et per ues
peram penitentia. Unde. Ad uesperum de
morabitur fletus 7c. Secundum. Quicumque teti
gerit. Id est qui peccatori uel symoniaco uel
huiusmodi infecto consenserit. contamina
bitur. Quod ambulat super manus. Ut sy
mia ad literam. Moraliter. Super ma
nus ambulat. qui opera sua ad terrena deicit
7 inclinat. Unde iere. Defixe sunt in terra
porte ierusalem. Qui portabit huiusmodi
cadauera. Quod facit qui dignum dicit indig
num. uel mundum inmundum. Hec quoque in
ter polluta reputabitis de his que mo
uentur in terra. Dicto quod de uolatilibus sunt
munda 7 que non. agit de gressibilibus. quorum
inmundorum primum est mustela. que est dolo
sum animal 7 rapax. per quod dolosi intelli

guntur. de quibus ierem. Sicut decipula plena
auibus. ita domus eorum plena dolo. ideo mag
nificati sunt 7 impinguati. 7 dilatati sunt
ut sermones meos pessime. Idem. Sagit
ta uulnerans lingua eorum. dolum locuta sunt
in ore suo 7c. Mus. Qui pre uoracitate ig
nore nulla deuitat pericula. Per quod gula.
Cocodrillus. Qui ut aiunt animal infestis
terre 7 aque mire magnitudinis est. durissimam
pellem habet. qui nocte in aquis. die in terra
pascitur. Per quod usurarii. qui quod de nocte cogi
tat in die explet. De quibus. Ue qui cogitatis
malum in corde nocte. in luce matutina
faciunt idem. Item. Super terram molam mouent
in comedendo. Per quod recte auari. qui usu
ram palam supponunt celestibus. 7 ideo inde
lingue officio caret. Auarus enim non lau
dat dominum 7 ita mutus est a laude dei propter auari
ciam que facit illum mutum. Unde. Quoniam ta
cui inueterauerunt omnia ossa mea 7c. Durabilis
cute. Quia auarus non acquiescit corripi
Unde. Qui acquiescat in operationibus hic pollu
tus est cordis. Item. de sapientia celesti dicitur quod
suasibilis est. Mire magnitudinis
est. Ita 7 auari magni sunt in plenitudine
7 infinitus est numerus talium. Animal in
festum est terre 7 aque. Ita auari omnibus importu
ni. Mygale. Quod est animal natum ad occi
dendum rapax. luxuriosum. Per quod illi qui
raptores sunt ut eis liceat luxuriari. Ca
meleon. Qui crudelis est 7 simulat se
mansuetum. Per quod adulator qui si dyxit

festuo. sudat. se fingit amicum.
cum sit pessimus inimicus. De his iterum
Mali mulierum misericordium coxerunt
parvulos suos. quod dupliciter potest expo
ni. primo de prelatis sic. Mulieres di
cuntur prelati effeminati. qui coquunt
parvulos. i. affligunt subditos suos
pretextu misericordie. Vel de adulatoribus
sic. Mulieres sunt adulatores. quorum ille
cor mellifluum est tenerum et molle. hii
decoquunt parvulos. i. eos qui sunt par
vuli sensu. quia numquam audent per adula
tionem sapientibus blandiri. et ita decipi
unt eos. et fovent in errore suo. Et i.
laudatur peccator in desideriis anime sue et
benedicitur. Et dominus in evangelio. Ve vobis
cum benedixerint vobis homines. scilicet adulan
do. q. d. illa benedictio maledictio est.
Et salo. homo qui blandis. fictisque ser. lo. e.
a. suo. re. ex. pe. ei. Item. Cameleon co
loris corporis cui se iungit recipit. ita
et adulator omnibus se conformat. Vel stellio
est genus serpentis varium et guttatum et
venenatum. et accipitur quandoque in bonum.
Unde. Stellio manibus nititur. et in domibus
regum habitat. Stellio est aliquis sim
plex qui bonum operando scit qui sunt reges pa
tricatur. et ita manibus. i. operibus nititur
licet non habeat scientiam. Hic accipitur
in malum. et signat detractorem qui presen
ti applaudit. et absenti detrahit. et ita

variis est. Vel lacerta. Que habitat in se
pulcris. Per quod luxuriosi qui sunt in sepulcris
concupiscentie. Unde legitur de demoniaco
curato a domino. quod concidebat se lapidibus
per avariciam. quia negociis duris se impli
cant. clamabat in montibus. per superbiam.
Habitabat in sepulcris per luxuriam.
Unde in psalmo. Sepulcra eorum qui exasperant. qui habitant
in sepulcris. Vel talpam. Que est animal cecum.
de terra prius compluta et corrupta genitum.
quod terram fodit et super se eicit. et in ea se
occultat. Per quam avari qui temporalia cum la
bore effodiunt et acquirunt. quibus quasi oppri
muntur. Unde iob. Impii absconditur in pul
vere suo. Unde petrus. Vir facit scalam
per quam ascendendum est ad dominum. Subdit ulti
mo. Cum hec presto non sint. ceca est et manu
temptans. De terra compluta nascitur. Terra
compluitur cum terrena desiderantur. Pluvia est
concupiscentia. que sensus fidei vigorem emol
lit. De hac terra talpa nascitur quando aliquis di
vitiis per avariciam excecatur. quibus si recte
uteretur inde potat. Hoc est quod pullus
calefio ut ursus excecet. Item. Plu
via aque repletur qua homo abluitur. ita a
varus divitiis quibus ablui et lavari potat
si pauperibus daret per avariciam excecatur.
Quod tetigit morticina. et c. Nota quod
non natura horum animalium non eorum actio accu
satur. sed actiones male que per hec designantur
quorum contactu inquinatur quibus datum est celum

aspicere. recte incedere. non repere
sed sordida et terrena despicere. Et super
quod ceciderit et cetera. Nota quod quedam ca
dunt super morticinum. qui occasionem
peccandi preveniunt. et eam studio
se querunt. et inventam in actum produ
cunt. Alii sunt super quos cadit morti
cinum. quibus scilicet peccatum se offert.
et tamen illi consentiunt. ut David. tempta
tioni diabolice consensit. quando ei Ber
sabee in solario deambulanti obtu
lit. Itaque illi qui ex negligentia
quam qui ex studio peccant immundi sunt.
Polluetur tam vas ligneum et vestimen
tum. Per vestimentum divites. quorum vestimen
tum adornatum est. et ornatus divitum est. Per
vas ligneum pauperes. Item. Ut vas ligne
um fiat. lignum eruditur. Ut vestimen
tum lana conteritur. Ita mollicies la
ne est in divite. asperitas ligni in pau
pere. Vel vestimentum corpus quod a tinea
peccati consumitur. Per vas ligneum anima
que sicut lignum in udo positum putrescit
in siccitate positum roboratur. Ita anima
in udo peccati et concupiscentie putres
cit. in siccitate spirituali roboratur
quam pelles et cilicia. Per quod interior af
flictio et exterior. Et in quocumque fit opus. i.
in fidelibus in quibus operatur, Vas autem ficti
le. Quod totum terram sapit. Per vas fictile
quod leve est et fragile peccatores fragiles no
tantur. qui cum magna fecerint peccata et
multa magis ardenti indigent penitentia
In quod horum quicquam ceciderit. i. peccatum mi[illegible]

erit. Interius. scilicet ut [illegible] rationi. Polluetur
et frangendum est. id est valde et maximo stu
dio concutiendum. quia peccatum vel vix vel [illegible]
le sine multo labore purgatur. Omnis cibus quem
comeditis et cetera. Si fusa super eum aqua fuerit.
Intellige de tali aqua predicta. scilicet [illegible]
immundi et polluti. Et quicquid. ceciderit et cetera.
Moraliter. Morticinum sunt opera in genere. Clibani
et omne ligna. opera in genere bona ex se [illegible]
que morticinum cadit. quando opus bonum ex ma
la intentione superveniente polluitur. Bo
num enim intentione. mala ex [illegible]
superveniens polluit. Per aquam [illegible]
mundi concupiscentia. vel ambitio ma
gne. vel huiusmodi. Cibus sunt opera difficilia
quia cibus cum labore masticatur. Liquens [illegible]
bibitur notat opera facilia. In difficilia con
cupiscentia se ingerit. vel inanis glorie [illegible]
na. talia opera immunda sunt. Sive cliba
ni. Per quem patientia [illegible]. Unde Iere[illegible]
ita est quasi clibanus pellis mea. Si gra[illegible]
favoris. vel concupiscentie. vel inanis glorie
patientia et labore [illegible] se ingerit. ta
lis passio et labor inutilis erit et immun[illegible]
Unde Petrus. Nemo vestrum patiatur quasi fur
q.d. Nullus patientiam debito fine [illegible]
uet. sed ad celestia retorqueat. Vel per cli
banum magistros intellige. in quibus pa
ne scripture et doctrine decoquuntur. igne
caritatis succendi debent. Si itaque
super hunc clibanum aliquid morticini ce
ciderit. immundus erit. si in eis inanis
gloria. vel popularis aura. locum habuerit.
ita ut per hec polluant mensam domini.

ſic ita per clibanum continuus doctrina
maiorum. Siue scytropedis. Vasa sunt
fictilia .iiii. pedibus susten-tata in
quibus delicati cibi parantur. Per que maiorum
et aliorum doctrina. Et per morticinum ta-
lium quem illi polluuntur. Fontes uero et cy-
sterne et cetera. Per fontes opulenta doctri-
na. cysterna minor. et heo non potatam
nant. licet qui ea profert polluatur
qui tetigit morticinum eorum. Hoc est quod
dicit. Que dicunt facite. que autem faciunt no-
lite facere. Si ceciderit super sementem. Semen est
quod seminatur. Sementis antequam semi-
netur. Non polluetur. Nota quod mor-
ticinum tangens sementem non eam pol-
luit. Aqua uero superfusa eam polluit.
si morticinis tacta fuerit. Et dicit
glosa. Semen sunt illi qui baptizati sunt.
sementis qui nondum baptizati. Super hos
si ceciderit morticinum. id est peccatum.
non polluuntur. quia per ignorantiam excu-
santur. Sed si aqua baptismi eos perfudit
et super eos morticinum ceciderit. inmundi
erunt. Ergo si aliquis non baptizatus pec-
cat excusatur. quod non debet ei imputari.
Intelligendum est in respectu. quia magis
accusandus est baptizatus propter constanti-
am lauacrum. et minus non baptizatus eadem
de causa. Et ita quod hic dicit glosa intel-
ligitur de baptizatis et non baptizatis. et si in
eodem genere peccati peccat. magis tamen
peccat baptizatus propter constantiam bap-
tismi. Moraliter. Tribus modis committitur
peccatum. suggestione. delectatione
consensu. Aqua est delectatio in pec-
catum uel consensus. Sementis: predicatio do-
centis. Si ergo arida fuerit sementis
non polluitur. licet aqua ceciderit. quia
predicatio tua uel doctrina non polluitur
nisi concupiscentia tua suggestioni ad-
iungatur. Si mortuum fuerit animal quod
licet uobis comedere et cetera. Per quod actio que in
genere bona est. Qui tetigit. Animal licitum
comedi. sed mortuum est actio de genere bo-
norum. sed mala intentione corrupta. ut
dare elemosinam per se bonum est. sed hoc opus
est mortuum si sit per inanem gloriam factum.
Et tali operi non est consentiendum. Si animal quod non
licet comedi. Per quod opus de genere malorum et
mala intentione factum. ut fornicari
quod est de genere malorum. quod est fugiendum. Et
qui comederit et cetera. Defendendo peccatum illud.
Siue portauit. Extollendo. Vnde laudatur
peccator in desideriis anime sue. Lauabit uesti-
menta sua. id est actiones suas mundabit.
Et quicquid super pectus quadrupes graditur. Nota quia
super pectus graditur qui male cogitando. supra
uentrem luxuriose uiuendo. Vnde bene tales
.iiii. pedes habent. quia contra .iiii. euangelia faciunt
luxuriose uiuendo et eo abutuntur. Si-
ue per humum trahitur. Vnde .s. costarum. per quod
illi qui non cauent uel ut bene sit lati et uentri.
Sancti estote quia ego sanctus sum et cetera. Quam ex
tudice tales et minuit eos. Item uolatilia

ad sibi similia congregantur et uirtutes
ad se faventes revertitur.
Mulier si suscepto semine pepererit
masculum et cetera. Erubescat litteratura
iudeorum quia ad cuius differentiam dictum est
Suscepto semine et cetera. cum non sit du
bium quin omnes id suscipiant. Non uellet
intelligi quod aliqua esset futura que non sus
cepto semine pareret. scilicet beata uir
go. Pullum columbe uel turturis pro peccato.
filii. c. Sed uidetur falsum cum nullum peccatum esset
in filio. quia iam deletum fuerat origina
le per circumcisionem. Sed dicimus quod offerre
pro filio quedam appellatio est alicuius sacri
ficii. non peccati circa filium quod tunc esset.
scilicet quod fuit ante circumcisionem. et hoc
est sacrificium quo laudis oblate pro liberatio
ne a peccato. sicut tamen sit. Mistice.
Mulier si suscepto semine et cetera.
Hic fit mentio inmunditie mulieris
non pueri. et tamen de circumcisione. per quod
notatur quod circumcisio fiebat in puero ad
remedium contracti peccati a parenti
bus. Item. Septem diebus erat mulier in
munda. Per septem dies uita presens. Per
menstrua inmundicia libidinis. Per hec
quod signatur. quod inmundicia hec que totum
genus humanum propagatur durat per totam
hanc uitam. Item. Septimana presens
uita. in qua inmundi sumus. octava dies qua
puer circumciditur. futuram uitam signat in
qua mundabimur. Item. In octava die circum
cisa est caro preputii. ita in futuro ab omni
corruptione circumcidentur. Neque enim the
bent neque nubent. Item femina pari
ens masculum uel feminam secundum tempus for
mationis in utero inmunda erat. et post car
ne formata anima infundebatur que sibi
est deo. Ita et nos cum ad ymaginem dei redi
mus et ei conformes per gratiam fuerimus. tunc
ab omni culpa mundabimur. Mor. Mulier
est pariens masculum. xl. diebus erat inmunda
et puer circumcidebatur. Per quod notatur quod qui bo
na opera facit inmundus est. quia nescit utrum
opera sint bona uel mala. et ita puer circumci
sione indiget. id est opera quibus pulsus ad
ret. Et ita pariens masculum est faciens opus
bonum. Unde per masculum opera fortia sicut
in apocalipsi quod draco persecutus est mulierem
que peperit masculum. ita diabolus animam uel
ecclesiam. Mulier pariens feminam est
homo malo operans. xl. numerus significat pe
nitentiam qua uitia purgantur. Item. Duplex
numerus fuit in purgatione pro femina
quam pro puero. quia boni qui per masculum
oratione indigent uenialium tantum
mali uero qui per feminam mortalium et ue
nialium labe polluuntur. Item beda et augustinus
Si non inuenerit manus eius nec potuerit
offerre agnum. offerat duos turtures. Tunc
to offerebatur turtur qui agnum non poterat habere.
Cum itaque beata uirgo agnum pro pau
pertate non inuenerit. patet in hoc pauper
tatem dominum commendari. qui ita pauper nasci
uoluit. ut pro eo non offerretur agnus et
pullus columbarum. sed par turturum et duo

pulli colubar secundum euangelium. Item
beda. Erunt tortur et columba. tortur castita
tem, columba significat simplicitatem. De tur
ture in canticis. Pulcre sunt gene tue sicut
turturis. De columba idem. Oculi tui columba
rum hec fuerunt in xpo. Item. Vtraque auis ge
mitum habet pro cantu. et boni in hoc solo lu
gent. Vnde. Plorabitis et flebitis uos.
Turtur solitaria est. et ideo significat contemplatiuos
columba gregatim uolat. et ideo significat actiuos
Item. Nota quod puer ihesus primo circumciditur.
post xl. dies ad iherusalem cum hostia defer
tur. ita post mortalitate per resurrectionem
conculcata ad supernam iherusalem ascendit
Sic quisque nostrum in baptismo. qui in circumcisi
one mundatur a peccatis. post in gratia proficie
ns ad sacramentum altaris dignus accedere
debet consecrandus uel ministraturus. Ita
et mortalitatis corruptione in iudi
cio absorta. in futuro ad superne pacis
uisionem accedet. et ibi fiet deo ho
locaustum. Item. Nota quod licet non tan
geret lex beatam uirginem. tamen se le
gem fecit. ita et nos culpam debemus
agnoscere ubi culpa non est. quod est humilitatis.
Item. Beata uirgo agnum inuenire non
potuit. in quo paupertas eius notatur. que
nobis exemplum contempnendi diuiti
as suggerit. in qua diuites condempnatur
Vita in ea datur nobis exemplum hu
militatis et paupertatis. Homo in cuius

carne et cute ortus fuerit diuersus color. et cetera
Nota. Lepra est peccatum. lepra in cute est
peccatum in exteriori conuersatione superficie
lepra in carne est peccatum in carnali uo
luptate. uel occulta operatione. Bene autem
dicitur. diuersus color. id est alienus non proprius
Color enim naturalis in iusto est gratia. uel
caritas. color diuersus ab hoc. uel contrarius est
culpa. De hoc colore dicitur. Obscuratum est
aurum. mutatus est color optimus. Siue
pustula. id est opus pustulosum et est idem hic
pustula quod uesice egipti et cetera
Aut lucens quippiam. quod est gloriatio in
peccato. Id est plaga lepre. quod est peccatum
cum consuetudine. Adducetur ad aaron. sacerdotem. id est.
Sed adhuc. Abeis. id est de quibus dicitur. Zelus do
mus tue comedit me. et cetera. Cum uiderit
lepram in cute. id est peccatum in opere perpetrati
se. In hoc libro uidit notatur manife
statio peccati. et pilos mutatos in album
id est in albidinem. per albedinem manifestatio.
pili cogitationes. in quo notatur manife
statio peccati. et aperta culpa. Vnde. Peccatum
suum sicut sodoma predicauerunt. non abs
conderunt. Item. per capillos. siue pilos. co
gitationes. quarum quedam bone. quedam
male. De bonis dicitur quod nazarei non debe
bant tondere crines suos. quia eorum cogitatio
nes integre sunt. et ita non sunt tondende. De
malis dicitur quod leuite debebant radere
omnes pilos corporis sui. quia immunde

humilior cute. i. abiectior solito propter peccatum

prauas debent deponere cogitationes. et
hee sunt tondende. Pili qui in album
mutantur colorem. quando cogitationes mala
perferuntur in opus. Ad arbitrium eius. i. sacerdo
tis. separabitur. per excommunicationem. Si
autem lucens fuerit candor in cute. i.
si peccatum fuerit in eo per suspicionem
Nec humilior carne reliqua. Non. si ita
uadat ad ecclesiam ut prius. ne in exte
riori opere deprehendatur peccatum. Et pili
coloris pristini. i. cogitationes latens
ut prius. Recludet eum sacerdos.
idest artabit eum compede preceptorum.
et notat hic sine iudicio nichil
fieri debere. Unde. Omnia fac cum consili
o. et post factum non penitebis. Reclu
det inquam. Septem diebus. i. in septi
formi gratia. in qua fieri debet eius exorta
tio. Et considerabit die septimo. No
ta quod die debet considerare sacerdos lepro
sum. non nocte. Hic reprehendere est subdi
tos pia intentione corripi. Nocte
argui est. peccatum subditorum causa
auaricie. tamen sub specie uirtutis
corrigi. Ut faciunt qui mercennarii
sunt. non ueri prelati. qui sub pretextu
religionis subditorum bursas eua
cuant et emungunt. Et si lepra ultra
non creuerit. nec terminos priores in cute
transierit. Idest. si suspicio non ex to
to nota fuit et aperta. Rursum reclu

det. et cetera. Idest iterato monebit eum. Hinc
quod dominus ter requisiuit petrum de dilectione
sua. an eum diligeret. post negationem suam.
Si obscurior fuerit lepra. Idest si non appa
rebit peccatum aliquo opere. non possit discerni.
non creuit in cute. Per progressum confessionis. [illegible]
Mundabit eum. i. mundum reputabit
Quia scabies est. i. tamquam uenialis. Laua
bitque homo uestimenta sua. Per penitentiam. Q
si postquam a sacerdote iussus est. Peccator. [illegible]
confessione. et legitur hoc de his qui [illegible]
uant in peccato. Et redditur munditie
absolutione. Item lepra creuerit. Per re
uum peccati. Adducetur ad eum. Iudican
dum. Et inmundicie condempnabitur. Sicut in
euangelio. Vade et amplius noli peccare. ne de
terius contingat. Cumque color albus in cute
erit. i. manifesta preuaricatio [illegible]
Et capillorum mutauerit aspectum. Ita
ut peccator ex deliberatione et studio. [illegible]
Caro uiua apparuit. Per simulationem [illegible]
heretica. que in parte sunt scilicet uiuat. Lepra ue
tustissima iudicabitur. Quia reducit pristina.
Caro uiua et cetera. Caro uiua est iuxta leprosum
quando uiuit peccandi uoluntas in peccatore
uult emendari. sed semper cogitat peccare
et tunc non recluditur quia talis non per castigationem
et tunc lepra est uetustissima. Per quod peccatum
peccator deicitur in mortem. Primo enim co
gitatio. Secundo delectatio. Tertio consensus.
Quarto opus. Quinto consuetudo. Sexto [illegible]

pecco. vii. et ultimo obstinato. Et non
recludet eum. Qua incorrigibilis est. Hoc est
quod demoniacus in marcho sepe frangebat
compedes et uincla. Si autem effloruerit discur
rens lepra in cute. Hic ad litteram nescitur
cuiusmodi sit hec species lepre. Moraliter
hoc capitulum est de iu[dicatoribus]tris iustis qui
uite blasphemantur. Nota quod particularis
lepra faciebat hominem inmundum. Particu
laris lepra est in aliquo. quando non ... est de ecclesie
... unum dominum ... uel si non opere.
Hoc est quod apostolus ad corinth. Fatentur se nosse
deum factis autem negant. Item. Lepra generalis et dis
currens est gentiles qui totam legem transgrediuntur. Sed
mundus iudicatur. quia iugo legis non est subiectus
Lepra particularis iudeus. qui in parte
legem transgrediuntur. et ideo inmundus. Si autem efflo
ruerit discurrens et cetera. Lepra efflorens et dis
currens et totam carnem cooperiens est munda
na uanitas. que cito per mundari in homine. Vnde
uere. Cum mundialis uite uoluptas que
candida et florens estimatur. tunc grauiorum uitiorum
contagium gignatur in corpore. nam auaritie
aut libidinis ... patescunt macule. Sed aua
ritie enim ... facile potest resecari. Vnde. Verum
clamo iam. et ecce omnia munda sunt uobis. Libi
do uero ieiuniis et abstinentia mundatur. Mi
stice de christo et paulo. et de aliis sanctis qui in
te blasphemantur secundum quod ait apostolus. Per in
famiam et bonam famam et cetera. De christo sic. Si
effloruerit discurrens lepra. Lepra in christo

fuit contumelia et dehonestatio pas
sionis quam sustinuit. Vnde ysaias. Nos
reputauimus eum quasi leprosum et percussum a deo
et humiliatum. leprosus ergo fuit christus. quia sicut le
prosus extra castra eiciebatur. ita et christus qui
crucifixus est extra castra proiectus est tamquam
ciuitas ei conuersatione uel morte pollu
eretur. Vnde apostolus. Exeamus ad eum extra
castra et cetera. Hec lepra fuit discurrens. quia
calumpnia non fuit in christo perde. Non
enim poterat eum in aliquo iure reprehendere
sed mentiendo. ab una calumpnia dis
currendo ad aliam. Primo inponendo ei
falsa per semetipsos. secundo per falsos te
stes. Vnde autem dicitur. effloruerit. quia
christus non habuit aliquam malam causam
unde possit accusari. non eorum malicia
tantum. Vnde dixit eis. Multa bona opera
operatus sum uobis. propter quod horum uultis me
occidere. Et ita calumpnia ei inposita
ab eis uim suam et florem amisit. quia in
rei ueritate non ita fuit ut uidebantur.
Tunc enim habet uim suam et florem suum calump
nia. quando subest ei uerisimilibus causa.
Vel dicitur. effloruit. id est extra id est longe post. ad
modum floris floruit. quia sicut flos sua
uissimus est et redolet. et cum sublatus locum
ubi prius fuerat suo replet odore. ita
et mors christi sinagoga cordis eius tetigis
in [memori]ae ca[...] mente tua redolebit. et
omnibus [...]atio bon[...]tonis [...] modo odorem suum diffundit

In cute. Que exterius tantum fuit illa
calumpnia. non in conscientia. Et operuerit
omnem carnem. Quia hec calumpnia totum
eum reprehendit. In omnibus enim operibus eum
arguebant. Et teneri lepra mundissima
iudicabit. Lepra mundissima penitus quem
preter iniuria diffamatur. Unde dominus. Beati
eritis cum maledixerint vobis homines men
tientes propter me. Eo quod omnis in candorem ver
sa sit. Secundum quod ait apostolus. Per infamiam
et bonam famam. Item. Nigra sum, sed formo
sa. Item. Tabernaculum factum est de lignis
sethym. intus cortinis. foris sagis ve
latum. Bene ait procedit. Considerabit
eum sacerdos. Tum dicat. Quia consideranda
est persona non infamia. Caro enim viva
id est vivax peccati voluntas. Si lepra
aspergitur. infamie. scilicet. Inmunda est. Unde
apostolus. Ne qua radix amaritudinis
sursum germinans impediat et per eam inqui
nentur multi. Quod si versicolor ulla fuit
in albore et totum hominem operuit. Hic
agitur de lepra hominis repentini. Moraliter
Caro et cutis in qua ulcus. Cutis exte
rior conversatio. caro interior conscientia. Ulcus
peccatum. Quia ulcus fetidum est et in corrup
tionem et sanitatem eripit et carnem ma
culat. ita et peccatum. Unde. Peccata mea
sicut sagitte infixe sunt in me [illegible] sed
eamque vulnera conputrent [illegible] non ex[illegible] me

Sana me medicamento penitentie dicit. Et sana
per penitentiam. Et in loco ulceris. Per locum ulceris
consilium quo peccatum gerit. Et apparuit ci
catrix. secta peccati intentio. alba. Per albo
rem. ardorem peccati cum non vult latere pe
vel per alborem gloria humana. Vel subrufa
.i. rubeus color .i. non ignis colorem habens
quod notatur voluntatis intentio ad pecca
per quam tacens plus peccat. Adducetur homo ad
sacerdotem. Constructio sic supplenda. Quia
in cute alicuius hominis. apparuerit lepra
adducetur homo ille ad sacerdotem. De hac
cicatrice dicit. Putruerunt. vel putruerunt alia le
et corrupte sunt cicatrices mee. Id est intentio
peccati. Contaminabit eum. Per precedentia
peccati que hominem contaminat et polluit
Unde iterum. Ecce sanus factus es iam noli
[illegible] vias tuas. Si quidem curetur. Vel
precio prodeat in opus. Si macula steterit
loco suo. Ita quod non ultra peccet post
penitentiam. Ulceris est cicatrix. Per quam me
moria peccati notatur. Unde iterum. Obduci
cicatricem. Cicatrix obducitur cum peccati
memoria in corde retinetur. non perpe
tratur. Item. Numquid non est resina in galaad
aut medicus non est ibi. Quare ergo non obducta
cicatrix filie populi mei. Caro et cutis quam
ignis exusserit et cetera. Ignis carnalis
est voluptas. ebrietas. castrimargia
et hic que luxuriante corpore et in semet ipso

prurientem peruenerunt. Item ignis ex-
urit et cruciat. Lepra quoque cicatrice et u-
stionis habet maculam. qui in absti-
nentie cruciatu sua corpora exurunt
sed per infidelitatem non inmunditiam inde
sed lepram gignunt. Moraliter de ypocritis
qui se affligunt et cruciant ut laudem hu-
manam recipiant. Vir aut mulier in cu-
ius capite vel barba germina-
uerit lepra. Mystice. Caput Christi dicitur. bar-
ba apostoli. Lepra autem in barba est cum
quis male sentit de apostolis. ut illi qui pu-
tauerunt eos ebrios fuisse predicando. In
capite quando quis male sentit de Christo. sicut
quod dicitur ut arriani heretici. Radetur homo absque
loco macule. Hoc exponit iete. qui di-
cit quod lxx. uiri uenerunt ut adorarent
pro barba uirilitas siue fortitudo inter-
ne actionis. Barbam resecare est. si quid
fortitudinis habes deo attribuere noli.
Tota autem barba absque loco macule raditur
cum quicquid boni habes deo. quicquid mali tibi as-
scribis. Et recludetur vii. diebus alius. In quo
sollicitudo pectoris circa subditos notatur.
Vir de cuius capite capilli fluunt et cetera. Hic
agitur de lepra que peruenit ex occasione uti-
us. Supra agitur de lepra que peruenit ex peccato.
Per capillos autem temporalia. unde magdalena
capillis suis tersit pedes domini. Hinc est
quod caluicium dicitur expoliatio possessionis.
Micheas de caluicio ait. Dilata calui-
cium tuum sicut aquila. Item ysaias. Decalua-
bit dominus uerticem filiarum syon. Caluus autem dicitur
qui sua temporalia in parte subtrahit. non pau-
peribus prebet. Recaluaster est qui omnibus ex toto
renuntiat ut pauperes pascat. et ita sequitur
Christum. Item. Recaluaster est posterius habet capillos
anterius non. per quem contemplatiuus intelligitur
qui temporalia habet posterius. id est ad necessitatem non
amplius. non anterius. id est ad uoluptatem vel ad
cupiditatem. Et talis modo est non assit in
fronte macula alba. id est inanis gloria. vel ru-
fa. id est inuidia que consumit sicut ignis. perfecte
re litam. Vir fortis. de cuius capite.
id est mente. Capilli. id est temporalis elemosina
fluunt. ad modum aque. quod notat ut li-
bere et affluenter. et affectuose detur elemosina.
Unde audi de capite. quod non est elemosina non uolun-
tarie et ex corde fiat. Unde ysaias in sermonibus
quomodo fieri debeat ait primo. Si abstule-
ris de medio tui catenam. In quo notatur
purgatio a peccatis. Et effuderis animam tuam in
sinu pauperis. In quo notatur compassio cordis.
Et animam esurientem repleueris. In quo notatur
subsidium esse temporalis. Hoc caluicium bo-
num est. Ab hoc caluicio chore interpretatur cal-
uus. Unde in tytulis psalmorum. In finem filiis
chore. et signat Christum et filios passionis
qui calui sunt hoc modo. Est et caluicium malum
quando quis nudatur a capillis bonarum cogita-
tionum. De hoc ysaias. Et erit pro crispante
crine caluicium. Crines crispans est bona cogi-
tatio bonum delibans. Caluicium est bone cogi-
tationis expoliatio. Et si a fronte ceciderint

id ē si oīa reliq̄rit ꝑ xp̄o. ⁊ ita tot' sit
caluus. Mund' erit. Si in aūt caluicio
ul' recaluatōne. i. si in bono ope
rio. alb' ul' ruf' color fuit exort'. p
albedinē q̄ manifestatōne hēt. ia
nis glā q̄ apparentiā cōuic. De hac
albedine iohel. Gens ascendit sup
terram meā. ⁊c̄. Et post. ficū meā de
corticauit. nudā spoliauit eā ⁊
piecit. albi facti st̄ rami ei'. Gens
ista demones st̄. hic ꝯsilatio bona
rum partes ꝯsilatōnis. s. opa.
Que diabol' qn̄ p̄ destruit ⁊ frangit
Rami q̊ albescunt. qn̄ demones
opa tua bona ꝑ ianē glām pollu
unt. Ruf' color ē ardor ꝯcupiscen
tie. l' inuidie. lepra ē q̄ orta ē in
caluicio. i. peccm̄ natū ex occasi
one ītutis. Alit' ⁊ moralit'. Capilli
bone cogitatōnes ⁊ opa q̄ ornant
aīam. ⁊ tegūt mentē sic capilli
caput. De hoc gg̃. Sic actō sit in
manifesto ut intentō maneat in
occulto. Capilli incipiūt fluere qn̄
cap̄ incipit apparere. capillor' deflu
ctio ē denudatio. q̄ fit insinuando
se aliis. ut paul' cū ait. Ter naufra
giū feci. ⁊ mlta q̄ ibi dixit. ⁊ ita fuit
caluus. Itē. Intentōnē bonā ad ꝓ
fectū alior' ostendendo. ut idē paul'
q̄ ꝯmdauit se tantū corā his q̄b' p
dicauit. ibi. Ministri xp̄i st̄. p' ego
⁊ ita recaluast' fuit. Et bn̄ licuit ei

Si aūt in actiua ꝑdicta se intromiscuerit
l' inanis glā. l' inuidia. īmund' erit.
Si inuita iactat ut sua laude alios ꝯ
pinat. De hoc q̄lis debeat ēē plat' i can
dic. Sic uitta coccinea labia tua. Ita
plat' coccine' debet ēē ꝑ caritatē. uitta
ꝑ tenuitatē uitē. ⁊ ut ordinate uiuat.
Separat' ad arbitrium sacdotis. habebit
uestimenta dissuta. Glosa. Hoc ridicu
lū uidet'. q' s. leprosus ita debuit se
pari. ⁊ hr̄e uestes dissutas. S; n̄ hoc ri
diculosū fuit. īmo bn̄ ꝯgruit. Et q' ha
beret os ueste ꝯtectū. ne fetorē loq̄n
do diffunderet. S; hoc ridiculosū fu
it q' cap̄ hēt nudatū. n̄ illo' ibi intel
ligat'. Mystice. lep̄ ē heres. l' mortale
peccm̄. Vn̄ q̊ separat' hēt uestimenta dis
suta. q̄ q̄ ab unitate eccle diuidit'
uirtutes in se dissoluit. Cap̄ nudū
q̄ galeam salutis amisit. Os ueste
ꝯtectū. Ne fetorē pecti loq̄ndo diffun
dat si de se p̄sumat. q' n̄ ē intelligend'
de oī q̄ ē in mortali peccō. S; de eo q̄ alios
ꝑ operē uitam scandalizat. l' cui infamia
ē apta. Vn̄ in hoc casu de infamia apta
l' de scandalo dr̄ illo'. Quē tu enarras
iusticias meas. ⁊c̄. Et sordidū se clamabit.
Sit t' sic ethnic' ⁊ publican'. Mor'. Sep
t' habebit uestimenta dissuta. Ita q̄n q̄s
separat' ē q̄s a deo ꝑ peccm̄. statī debet
occurrere uestiū dissutio. i. q̄re secundū
capitis nudatō. i. boni opis ꝓpter peccm̄
fructuo
Oris opertio. i. loq̄ndi ꝓpē culpā confitendo

et ita tacere debet. Unde Ieremias. Sedebit so-
litarius et tacebit quia levavit se super se. Id est
ideo post tacebit quia prius extulit se per superbiam
Contaminatam ac sorditam se clamabit
id est plene infamiam confitebitur. Unde in psalmo
Quoniam iniquitatem meam etc. Ieremias. A facie manus
tue domine solus sedebam. quoniam indignatione
replesti me. Vestis lanea sive linea etc.
Stamen est fili quod erigitur. subtegmen quod
superponitur et intexitur. Moraliter. Vestis virtutis opus.
Unde Iob. Iusticia mea indutus sum et vestivi
me sicut vestimento. Item. Ecclesiasticus. Indues eam
[illegible]capiam quasi podere honoris. Item. Vestis mu-
nit contra frigus et estum. ita virtus contra concu-
piscentiam male incendentem et contra timorem ma-
le humiliantem. Unde in psalmo. Incensa igni cupiditatis et
timore suffossa. Item. Vestis facit honorem et utili-
tatem. ita et virtus dat honorem tibi coram aliis.
et utilitatem in te ipso. De vestis honore
dicit apostolus. Placete omnibus per omnia. sicut et ego
omnibus placeo. Vestis ergo lanea est opus virtutis.
linea preciosius. Lanea castitas coniugalis.
linea castitas virginalis. Lanee est de suo
pauperibus erogare. linea omnibus pro Christo ab-
renuntiare. Lanea activa. linea contem-
plativa. Stamen a stando dicitur. per quod gratia dei
accipitur que nos subsistere facit. Stamen est
inicium tele. et gratia inicium bone conversatio-
nis. Subtegmen intentio prava. quod stamini
id est gratie subtrahitur et subponitur. Vicium ergo
in subtegmine est superbia ex bona intentione

Vicium in stamine est superbire de gratie col-
latione. ut ex scientia. Per pellem mortifi-
catio carnis que carnis lumbos astringit.
Unde legitur quod Iohannes habebat pelliceam
zonam circa lumbos. Abstinentia enim
mater est continentie. Macula ergo in pelle
est carnem propter inanem gloriam cruciari. Item
per lineam opera interiora. per laneam exte-
riora. Pellis mactatio carnis. vel
hec omnia quecumque maculam habent. Item. per
stamen anima. per subtegmen corpus. Unde ergo
stamen est in anima. quod quasi filo tempta-
tionis in filorum tenuitate torquetur
firmioris virtutis soliditate constrin-
gitur. Stet ergo anima ut stamen erecta. cor-
poris sensus subiciat ut trama. Alia
autem sunt corporis. alia anime peccata.
Quod consolidatam recludet. vii. diebus. Quia
nichil superbe nichil indiscrete agere
debet sacerdos. Comburetur flamma. Unde
vestimentum erit in combustionem et cibus ignis.
Nota quod homo sine macula lepre non est.
Unde in illis. vii. diebus quibus recluditur
iudicatur mundus. Vestis autem et similia
cum non erit inmunda est. quia per celeste
opus bonum. quia et si peccatum surrepat
mundum potest esse. Homo autem non sine pecca-
to in eo. Abrumpet eam et a solido
dividet. Hoc est quod dicitur. Si oculus tuus
scandalizat te etc. Lepra volatilis
et vaga. Quod est quando homo de uno peccato

transit ad aliud. Sunt autem qui im
mundicia corporis tenebat in
corpore. sed iam mundatos a lu
xuria. inmundicia elationis tenet
eos in mente. Et ita leprosus hec uo
latilis non plene uestimentum de
seruit. sed locum mutauit. Ita quis
prius fuit auarus. sed post expendit sua
in pauperes. Ita est et de illo qui inmoda
tis uerbis prius dedit se et inani leticie
qui postea a predicatore corripitur. ita in
modate a gaudio abstinet quod ira
cundus efficitur. Hic est uir leprosus qui in
dandus est adducetur ad sacerdotem et cetera. Lepram
mundatam. id est mundari aptam. No
ta quod agens sursum de discretione le
pre. dominus dicitur locutus ad moysen et aaron
hic autem agens de mundatione lepre. tantum
loquitur ad moysen. quod bene congruit. Per
aaron enim sacerdos intelligitur cui ne
cessaria est cognitio peccati. Moyses
autem secundum christi gerit personam. per quem
solum peccata dimittuntur. Sacerdos
enim materialis non dimittit pecca
ta per se. sed dimissa ostendit. uel di
mittit ministerio. Solus autem. Unde
ipse. Ego sum qui deleo iniquitatem et cetera.
Hic est uir leprosus qui mundandus
est adducetur ad sacerdotem. Ita pec
cator accedere debet ad sacerdotem

Unde dictum est leprosis in euangelio. Ite osten
dite uos sacerdoti. et dum irent mundati sunt.
Ita est et de peccatore accedente ad peni
tentiam. Unde. Dixi confitebor. et tu remisisti.
Mistice hoc de spirituali sacerdote intelli
gitur per. id est christo. cui debet se presentare pec
cator. et peccatum suum denudare. Egressus
de castris. scilicet sacerdos. obuians lepro sa
nando. Ita christus uenit ad nos qui eramus
extra castra. Hinc est quod apostolus ad hebreos
ait. Exeamus ad eum extra castra. quod
ait alludens huic historie. quasi dicat. Nos
omnes eramus leprosi. et ipse qui sacerdos oc
currit nobis. passus extra portam ciuitatis
et ita nos sanauit a lepra. Comperiens
mundum. id est peccatorem aptum ad mundan
dum. et attribuitur lepra quod est leprosi. sicut dicitur
macula ablui. id est maculatus. Sicut dicitur. Si
fuerint peccata uestra ut coccinum quasi nix
dealbabuntur. Peccatum numquam potest esse
coccinum. sed peccator. et ita quod est pecca
toris attribuitur peccato. Ut offerat
duos passeres. Per duos passeres christus
significatur utrumque naturam. Unde auolat et alter
moritur. quia diuinitas non est passa. sed huma
nitas. De hoc passere christus ait de se.
factus sum sicut passer solitarius in tecto. Passer dicitur
christus. quia fere nulla auis est adeo do
mestica ut passer. Ita christus facile ad
nos uenit si uelimus. Passere offerre.

memoriam passionis Christi recentem in corde
desiderare. ac si pre oculis pateretur. Unde bene dicitur
ut offeratur. Ad plenius tempus. No-
ta simile de filio prodigo. Precepit enim pater.
Adducite vitulum saginatum. q. d. tu
peccator habe in corde recentem memo-
riam passionis. Ut enim ait aug'. Gaude-
ludibrium est impiis. dulce spectaculum
piis inspicere agnum dimicare contra
leonem. Cibus licitum est vesci. Ea Christi cibus
est quo vescimur. Et lignum cedrinum. id est
fidem que dicitur cedrus. Unde Super omnia ligna
cedrorum et cetera. Cedrus fortis est et imputribilis. Ita
crucis Christi memoria est immutabilis. Vel
lignum cedrinum mens incorrupta et
imputribilis. et firmum in bono propositum.
Vermiculumque. Iterum. Coccum retinctum. id est quod
gemina Christi natura. sanguine passionis Christi
rubricata. Passus est enim deus secundum quod homo.
non secundum quod deus. Vel duos passeres. fides divi-
nitatis et humanitatis. Lignum cedrinum
fides crucis. Vermiculum. fides passionis
Vel duo passeres. fides. lignum cedrinum.
spes. Vermiculum. caritas. Hysopum. hu-
militas. que sedat tumorem superbie. quod in pe-
tra crescit. id est in Christo debet fundari.
ut humilitas unitetur Christi humilitatem.
que petra est. De hac herba in psalmo. Asperges
me domine ysopo et cetera. Non dicitur infundes me
quia aspergitur in parte tinguitur. Infun-
ditur totum intingi. Ita si ex toto humi-

bes humilitatem. tamen in aliquo eam habeas
In vase fictili. Vas fictile caro Christi
in qua passus est. Et secundum hanc timuit
et mestus fuit. Moraliter. Vas vas ficti-
le cor hominis. ubi Christus per cogitationem im-
molari debet. In hoc vase habemus
thesaurum nostrum. id est Christum. Unde apostolus
Habemus thesaurum istum in vasis fi-
ctilibus. Super aquas viventes. id est sacram
scripturam que vivificat. Aque enim egipti
mortue sunt. Immolare ergo passerem
super aquas est. Christum secundum scripturas credere.
Unde dicitur. et precepit in passione sua hoc
factum est ut adimpleretur scriptura
q. d. oportuit passerem immolari secundum
aquam vivam. Alium autem vivum tinguet
in sanguine. Vivus passer in sanguine
mortui tinguitur. quia divinitatis beneplaci-
tum fuit et consilium. ut humanitas
pateretur. Septies. id est in gratia septifor-
mi. Et dimittet passerem vivum. Quod
est credere toti trinitati placere Christum pas-
sum. Ut in agrum avolet. id est latitudi-
nem contemplationis. Eadem est figura
in ysaac qui non est immolatus. sed aries
Ita humanitas non divinitas. quia sola ca-
ro patitur. tamen ysaac ligatus est. Cumque
laverit homo. per penitentiam. Vestimenta sua.
opera. s. vel virtutes quas habuit. que eas
peccatum polluit. Sed quomodo lex dicit pollutus.
Ratio. Quia peccatum sepe provenit ex oc-

tatione uirtutis. Radet omes
pilos carnis. Leuite iussi st rade
omes pilos cutis. Pili st male
cogitatões. q non possut auelli
ul extirpari ex toto. s radi
debent. i. succidi. qr p̃ maxime
t possunt reprimi. extinguere
aut nequeunt. Vii. vox dni incidentis
flammã ignis. Lauabit aq. la
cimax. Venie. s. vt sicut dictũ ẽ sup
cũ inuenit lep mundatã. i. mun
dari aptã. Vt maneat extra castra
vii. diebz. Qa peccõr debet abstinẽ
a sacrificus. 7 a sacrmentis q̃bdã. ut
ab eucharistia. Extra tabnaculũ
suũ. s. ubi manet sponsus cũ sponsa
vñ. Si qs m aperuerit. cenabo cũ illo
7 ip se mecũ. Radet capillos. minutis
simas cogitatões 7 supfluas. Bar
bã q int̃ sexũ discernit. Supcilia
p qp contemplatio q altior ẽ. 7 oĩa illa
q contemplatõnẽ ipediũt. abscindenda
st. Lotis rursũ uestibz. Qa ebra
debet ẽẽ penia. Die octauo assumet
duos agnos. p duos agnos duplex
simplicitas. s. interior 7 exterior. Im
maculatos. Sine macla lanis glẽ
Boue. i. mundiciã. Annicula. id ẽ
ppetuam. Anni eñ oms uarietates
tempoꝝ cõplectit. Et tres decimas
simile. i. tres decimas sale. i. trium

mensurarũ decimas. Denari pfectione
signat. ternari fidẽ trinitatis. Cõspsa
sit oleo. Qa magna miscdia ẽ qd una
psona in trinitate passa sit p oibz.
Itẽ. Nota qd de qntitate agnoꝝ tacet
s qntitatẽ simile oleate exprimit.
Simila oleata ẽ miscdia. siue ele
mosina. l hic. Agni ẽ mundicia. p hoc
notat qd in elemosina facienda p̃ter
meta 7 qntitas. Immundicia ũ ẽ
meta 7 cta qntitas. qr ibi tantũde
bet ascende qntũ potes. Sextariũ
olei. i. pingedo gre. Hec oĩa in ostio
tabnaculi. Vt hec faciat xpc ingssi
tabnaculi. etni. Sicut p pecco. nap
delictis. 7c. Duobz modis eñ peccat
l omittendo. l agendo. 7 utrisq
pgat sacdos. Sup extimũ auricule
p aurẽ obedientia q debet ẽẽ i bonis
7 de bonis. vñ dr dextre. s, oportet
ut si pseuans 7 finalis. vñ sabdr
extremũ. Bene aũ dr poni s̃r aurẽ
ut auditũ muniat 7 cautũ reddat
ne amplius uocẽ serpentis audiat. Et
sup pollices manus dextre. Vt sit actio
munda 7 scã. Et pedis. Vt i cõspec
tu dñi omis ita actio dirigatur. Et de
olei sextario mittet i manũ sinistra
7c. Oleũ ẽ op miscdie. l caritatis
manũ sinistra uita psens. Oleũ
in sinistra ẽ op caritatis i exercitio

uite p̄lentis. Vn̄ subdiacon' h̄t manipu
lu in sinistra. Digitū dext̄e tinguere
ē uitam etiā p meritis sp̄are. Spēs
enī ē certitudo ueniens ex bonis meritis 7
p̄a conscīa p̄ueniens. Itē. In sinistr̄a
7 dext̄a est oleū. Vn̄ ap̄s. P in famā
ā 7 bonā famā. Itē. Oleū infundetur
sup̄ easdem partes sic̄ q̄s 7 sangu̇s.
P sanguīe uirt̄ passionis. q̄ membra mā
ne sint cruēta c̄todit. S; hec n̄ suffi
ciunt nisi assit robur op̄is ex m̄isedia
facti. s. elemosine. q̄ oīa bona nutrīt
in hōīe. Vn̄. Elemosina uiri sacculꝰ ē
ei. 7 grām hōīs q̄s pupillam oculi con
seruabit. Et sup̄ cap̄ eiꝰ. Elemosina c̄todit
cap̄ tā. Vn̄ ecclīasticꝰ. Elemosina tā re
surget c̄eo. 7 retribuet unicuiq: retri
butionē in cap̄ suū. Rogabitq: p eo.
Oratio oīa bona c̄summat. Cū liba
orationis. Et p exemplū sc̄e ꝯu'sation̄
huius tribus modis restituit xp̄o. Qum
tamen totū id ē xp̄m restituere de
bet. s; ꝯ q̄ntā parte. i. q̄nq; sens᷒
q̄s corrupit restituere debet. Vt
sic p. v. sens᷒ scandalizat᷒ ē. ita p
eosdē satisfaciat. 7 eo sensu q̄ plus
peccauit. plus satisfaciat. Vt sic ge
bus ssis m̄bra usa sunt inmundicie
7c. Itē. P q̄ peccat q̄s p hec 7 torq̄t.
Vn̄ de magdalena legit qd oīb; sen
sib; satisfecit q̄bz peccauit. Ocul
eni q̄bz peccauit pedes rigauit. ca
pillis tersit. genib' affixit. rogauit
toto q; corpore qd ad nefaria op̄a p
strauit fuerat. coram saluatore suo
p̄strata ꝯpetentē exhibuit satisfa
ctionē. Vt pena respondeat culpe.
Vn̄ sodomite igne puniti s̄t. qr in ar
dore luxurie peccauerūt. Combu

fecit confessio necessaria in veteri testamento
Salomon. Qui abscondit scelera sua non
dirigetur. Item Iob. Si abscondi quasi homo
peccata mea in sinu meo. Vel ape
riopesis. Capud .i. christum. Contra par
tem. ut eo sensu quo male fecimus
satisfaciamus bona reddere studeamus.
Duobus modis dicitur quis peccare. In ali
um vel eo sciente. Unde Si peccaverit
in te frater tuus et cetera. vel sciente eo quem
scandalizat. Si quis non fuit qui re
cuperet. Ipse enim omnia scrutatur et nichil
inscrutatum relinquit. Forte aliquis di
cit. Non possum invenire illos quos pro
vocavi ad peccatum quia infirmi sunt vel obsti
nati in malicia sunt. ita quod non vellent
per me converti. dicetur ergo sibi. Fac quod potes
ut nichil amittas de contingentibus
et deo dabis satisfactionem tuam. et non
invalebit. Unde Et oratio mea in sinu
meo convertetur. Dabunt deo. Ipsi attribuen
do tribus modis. Ut auctori. ut custodi.
ut remuneratori. Auctor enim est omnium
bonorum. Unde ysaias. Omnia opera nostra operatus
es in nobis domine. Et omne datum optimum
et cetera. Custos est quia nisi dominus custodierit et cetera. Et
alibi. Custos quid de nocte. custos quid de nocte.
Remunerator noster est quia capillus de capi
te vestro non peribit. quia non cogitatio ino
diosa erit quin remuneretur. Et erunt
sacerdotis. id est christi. Non quia non sint sua
in quantum homo est. sed dicuntur esse sua per
imputationem eius quem in bonis operibus ha

bemus. Ipse enim est exemplum nostrum. liber noster
quem semper in manibus portare debemus. Unde
Imitatores mei estote sicut et ego christi. Dat
enim nobis exemplum boni operis. et exercitium
bonorum operum. et doctrinam. Et est quod oportet quod
interpellet pro nobis ad patrem. Unde Ad
vocatum habemus. Omnis primitie. Intelligentie
voluntatis. verborum et bonorum operum. Quas of
ferunt filii israel. s. xiiii. Ad sacerdotem. id est
christum pertinent. Unde Non nobis domine non nobis
sed nomini tuo da gloriam. Et quicquid offertur in sanctuario.
id est ecclesia. Excepto ariete qui offertur pro expia
tione. id est excepta passione christi. Ut hec di
ctio excepto teneatur conclusive et non exclu
sive. ut sit sensus. Excepto ariete. id est et ipse
aries. id est passio christi. ita debes exponere
hanc dictionem excepto. Contrarium ad morali
tatem tam passionis beneficium quam alia bo
na debemus christo attribuere. Locutus est dominus et cetera.
Vir cuius uxor erraverit et cetera. Mulier. Vir.
id est doctor vel prelatus. Cuius uxor. id est subditus. ma
ritum contempnens. Mandata dei respuens. For
nicatur cum diabolo. Et hoc maritus deprehendere
nequiverit. Et peccatum latet. non notorium est.
Si spiritus zelotipie concitaverit virum. id est si spiritus
sanctus qui hominem zelo iusticie. et amore omnis
puritatis inflammat ut possit dicere. Zelus domus
tue comedit me. Si in quantum spiritus iste. Concitaverit
id est inflammaverit ad vindictam. quod bonum est.
Unde gregorius. Nullum deo magis sacrificium quam
zelus animarum. Item. Qui converti fecerit peccatorem ab er
rore vie sue. et cetera. Item in iezechiele. Si conver
teris. convertam te. Idem. Corrige egredientes ab aqua

lone faciunt requiescere spiritum domini. Multum
placet deo quando predicator egreditur ad peccatores
per predicationem. Adducet eam ad sacerdotem. Quo
faciebat sacerdos — eiciebat lepram suam et iudica
bat eum. Adducet igitur ad sacerdotem. i. ad christum
est hortari animam ad bonum per memoriam beneficiorum
passionis christi et terrorem iudicii. Non fundet super
eam oleum nec imponet thus. Unde glosa. Non debet
oleo adulationis. vel indiscrete misericordie. nec thu
re fictitie laudis. vel inordinate orationis. in pe
nitentem leniri. sed zelo iustitie secundum preceptum
domini uicium tristante et ordinate plecti. Oratores
dicit. quia sunt quidam uenales sacerdotes. qui dicunt
Noli timere. fac cantari missas et tricenalia
pro peccato tuo. De hoc oleo in osee. Effraym
pascit uentum. et sequitur estum. hoc est clericus vel diues
quilibet fructificare uolens in curia. vel huiusmodi. Pas
cit. i. pascere credit redditibus huiusmodi uentum.
id est superbiam suam. cotidie mendacium et uasta
tionem multiplicat. i. temporalia. hoc est nomen
eorum. quia peruertunt beatitudinem et non soluunt
et sunt causa uastationis eterne. Fedus. i. familia
ritatem. Cum assyriis. i. potentibus. qui semper uo
lunt dirigere. numquam dirigi uolunt. Oleum in
egyptum ferebat. Oleum. s. adulationis in egyp
tum. i. in tenebras peccatorum. dum s. peccantibus
blandiuntur. In euangelio uenditores olei
uocantur adulatores. Inuestigans adulteri
um. Nota quod doctrina sacerdotis ex zelo debet fieri.
Unde sacrificium zelotipie appellatur. Item. Ipsa
probat quis amet deum. et quis non. Quod patet per hoc quod
dicitur in euangelio. Qui est ex deo uerba dei audit.
Unde certissimum signum est reprobationis cum quis
non potest audire vel fastidit uerbum dei. Et statuet
eam coram domino. hoc est ad memoriam christum. et ... unde

Sed nullius officii
homines ita ignorant
sunt et immundi sunt
illi qui uendunt oleum.
Sic certe nulli
magis scandi
dicuntur quam
adula
to
res

ficia renouentur. Assumet aquam sanctam.
Aque sunt fluenta sacre scripture. ut se possit
in ea peccator recognoscere. Unde predicitur. Ipse
aut tenebit aquas amaras. Et sequitur. Et aque
iste. i. agyos. i. sine terra. quia sine omni
terrenitate debent addisci et doceri. Iste
rum amare sunt. quia amaritudinem generant
in corde propter peccatum. Sed certe amari
tudine dicitur. Quam dulcia faucibus meis elo
quia tua. et cetera. Dulcia sunt et delectabilia uer
ba. Dulce est enim uerbum dei et sapit in ore audien
tis. sed facit amaritudinem uentris. quia ama
ritudinem generat in mente. Vel dulcis
sacra scriptura in promissione premiorum. Amara
uidetur in comminatione suppliciorum.
Et nota quod superlatiuum ponit gradum scilicet
amarissimas. Triplicem enim generat ama
ritudinem. Cogitationis. locutionis. lamen
tationis. In uase fictili. Sacra scriptura
in uilitate littere est abscondita. Unde apostolus
Habemus thesaurum in uasis fictilibus.
Hoc est quod saliue fluebant per barbam. David.
quia robur sacre scripture tegitur uilitate. siue
infantilitate littere. Et parillum terre de
pauimento. Pauimentum terre tabernaculi
fuerunt sancti in primitiua ecclesia. quia sicut pauimen
tum magis conculcatur quam alia pars domus
ita sancti in primitiua ecclesia maiorem sustinue
runt penam et persecutionem quam aliquis alius.
Et sicut pauimentum in multis locis mira
uarietate florum distinguitur. ita primitiua
ecclesia mirabiliter diuersis floribus distincta
fuit. Ibi enim erant uiole penitentium.
Lilia confessorum. Rose martyrum. Assu

mere g aquam sc̄am in uase fictili. & pu
luā t̄re de pauimento tabnacli mitt
in aquam. hoc ē exemplo scōz p̄mitiuę
ut laurentii & alioz scdm formā sac
sc̄pte mutare aīam ad bonū. Sʒ nil
nī de exemplis debem⁹ assumē. n̄ apari
tiā. Imo ē pusillū mutari n̄ pos
sum⁹. Qs enī in cruce petri (o sustingeret) & etiam
lā laurentii. Pusillū g̃ ē qd inde su
mim⁹. Cūq; steterit mulier. In suo
ponio. discooperiet caput. i. intē
nichil enī occultū q n̄ reueletr
Ponet sup man⁹ ill' sacrificiū recor
datonis. i. sacram sc̄ptam. Illa sa
crificiū recordationis sr̄ eam ponūt
q tantū in noīe xp̄i se in sac sc̄pta
exercent. Qb bn̄ dicit recordatonis. q̄r
n̄ bo recordet sui ipsi⁹. ita qd legat
sc̄ptā ibi. nil ualet lectio. Vel sacrifi
ciū recordatōnis. Qa oīa mala opa
ueniet in recordatōne in die iudi
cii. vn̄ ysaias. Vidit dn̄s & attendit &
sc̄ptus ē lib monimētz in ɔspectu ei⁹. Sʒ
hō ille deleri p̄ p ɔfessionē. Qobla
tionem zelotipie. i. correctōnē s pri
ctā. Magis enī displicet dō q̄m
monitis magistr̄ n̄ acquiescat pec
cator. quam si peccator ipse n̄ corrigeret
vn̄. Si nō uenissē ad eos. & locut⁹ nō
fuissem. peccatū n̄ habent. Ipse aū
sacerdos. Tenebit aquas. Iudicia q̄ hic a
qs ɔparant amaris. q̄r p⁹ uindictam
amaritudinē ostendet. vn̄ ysaias

Amara erit potio bibentib' eā. Vl' aquas
sc̄ptas intellige. Nota t̄a notabilia in
aq. Aq n̄ t̃bida sit & ceno admixta. i
maginē inspicientis reddit. Itē. Sitī
extinguit. Visū reficit. Oms iste ꝓpieta
tes in sac sc̄pta inueniunt q p aquam intel
ligit̃. In sacra enī scriptura inspicientis
resultat imago. n̄ t̃bida sit. i. ad iane
gloriam. l' q̄stū referat. Sʒ si limpida ē. i.
in pace fluens. aq illa. tē tantūmo p
noīe xp̄i. & ob salutē aīaz addiscit. vn̄
moyses fecit labrū de speculis mulie
rū. Itē. Visū reficit. vn̄. Iuxta eloquiū
tuū da m̄ itel. do. Itē. Sitī extingt. vn̄ i
euangelio. Q bibit ex hac aq n̄ sitiet i
etnū. In q̄s maledicta ɔgessit. q̄r in sc̄p
tis oīa maledicta ɔtinent & in ueti & in
nouo test. Si n̄ es polluta n̄ te nocebunt
aq amarissime. Aq enī iudiciarie n̄ no
cebunt innocentib. Det te ds. & c̄. Hic po
nit tās penas dāpnatoz q̄ inueniunt
i sac sc̄pta. cū aliis sep tē. Est ignis
inextinguibilis. Frigus intolabile. Vmis i
mortalis. Teneb̃s palpabiles. Horrenda
uisio demonū. Confusio mentis. vn̄
Sp̄s pcellaz pars calicis eoz. i. mens
tempestuosa. Despato. Vulsa flagel
la demonū tormentū. Hic ēt agit de
ɔfusione mentis. & de ardore. & de u
mē. De ɔfusione ibi. Det te ds i maledi
ctōnē & exemplū. De ardore. ibi. Vter⁹
tuus disrūpat̃. De u̇me ibi. Putrescat
femū tuū. In exemplū dico gaudiu ele

penas

celis quia sic populus dei . qui de dampnatione ipsi
orum gaudebit . Unde . Letabitur iustus cum viderit
vindictam . Tunc enim mali erunt in exemplum iusti
cie . qui hic fiunt in exemplum culpe .
Unde . Egredientur et videbunt cadavera eorum qui pre
varicati sunt in me . His tribus generibus pe
narum . tria genera peccatorum potest adaptare
Superbiam per hoc quod dicit . in exemplo . Luxuriam
per putrescere . Unde iere . Percussi femur meum
. id est cohibui luxuriam . Avariciam . Per timere
vertetur . Quia avaricia et divitie per eam acquisi
te homines timescere faciunt . Unde divitie
durius . pyphanes . id est superbientes . Femur .
id est tu ipse homo . Quia enim per femur fit propa
gatio . congrue per femur intelligitur ipse homo .
Disrumpatur . id est tu ipse disrumparis . quod
magis est quam corripere . Et hoc bene . competit
avaricie que per ydropisim signatur . Quia
plus sunt pote . plus sitiuntur aque . Et respon
debit mulier . Amen . amen . Quod est quod ista
dampnatur dicit . Amen . cum ei valde displice
at dampnatio sua . Respondeo . Quia si ei displice
at . tamen ratio sua dictabit ei quod congrue
dampnatur . Unde . Erravimus a via veritatis . et
sol iusticie non illuxit nobis . Scribetque sa
cerdos in libello . id est in sacra scriptura . que ideo ap
pellatur libellus propter modicitatem intelligen
tium . Parum enim capimus . vel capere possumus
ex ea . In quo maledicta congessit . Omnes enim
penas in sacra scriptura dominus bene congessit . ut in
peius se corrigerent . Unde . Dedisti metuentibus
te significationem . ut fu . a . f . arc . Dabitque bibe
re ut manifestetur aliis peccatum . Omnes enim bi

bunt hoc . intelligendo . audiendo . ope
rando . Intelligendo . quia legem et non intel
ligere . negligere est . Operando . quia non audito
res legis iustificabuntur . sed factores . Quasi
exhauserit . Qui totam scripturam intelli
git . quod nequaquam perficitur in presenti . Tollet
de manu eius . id est de opere eius . Elevabit il
lud coram domino . In hac elevatione tria
intelliguntur . honorem benefacien
tium . intercessionem et manifestationem .
Imponet super altare . id est super templum
tuum ecclesiam . Ita ut prius pugillum sacri
ficii tollat . Antequam iudicium fiat
portet ut plenum pugillum sacrificii
tollat coram domino . id est modicum quod quasi
opera nostra . Omnia enim opera nostra quasi pugil
lus . quia minima . Unde et laurentius
cum quod optulit respectu glorie future
sic enim condigne passiones huius temporis ad
futuram gloriam que revelabitur in nobis .
Et incendat illud super altare . In quo no
tatur quod gratum est ei illud sacrificium .
In hoc etiam notatur quod sacerdos prius debet
in se gustare quicquid docet alios facere .
Iterum . Pugillus fit digitis adiunctis .
hoc est quia tota et quasi coadunata discretio
ne debet hoc facere . quia digitus discretio
nem significat . Maritus . id est prelatus .
Absque culpa erit . et cetera . hoc est aiam suam
liberabit . licet in peccato moriatur subditus .
Locutus est dominus ad moysen . et cetera . Hic
agitur de observantia nazareorum .
Nazarei dicuntur ab abstinentia et sc

ignominia uite. Vnde interpretatur flos. uel sanctus.
conformans. Nazareus non dicitur a loco. scilicet
a nazareth ciuitate. Nazareorum uero
quidam ad tempus se tali abstinentia de-
dicabant. sicut qui per annum uel bi-
templo uel hospitali iherosolimitano
seruiunt. Quidam in perpetuo ut sanson
cuius abstinentia fuit crines nutrire
reclusum in domo esse. Hinc est quod ad-
huc apostoli criniti depinguntur propter
suam abstinentiam. Vir et mulier et cetera.
cum fecerint uotum et se uoluerint domino
consecrare. Mistice. Sed quia se deo no-
luit consecrare. Sunt enim quidam qui inmundicie
luxurie se consecrant. et gule. sicut
dicitur. Coronemus nos rosis et cetera. Nul-
lum pratum sit. et cetera. Quidam gule. Vt co-
medamus et bibamus. Quidam auaricie.
Vnde super precipitur in leuitico non consecrari
ydolo moloch. Quidam superbie. Vt qui
iste petro habent cor exercitatum auari-
tia et superbia. Quidam deo. et hec oblatio
est dilecta. Vnde paulus. exhibete cor-
pora uestra hostiam et cetera. A uino et omni
quod inebriare potest abstinebunt. A uino
carnali in quo est luxuria. uel ab ipsa
luxuria que per uinum accipitur. quia sicut
uinum hominem. ita luxuria infatuat
animam. Et extra briam tercie ponit
de hoc in prouerbiis. Potentes et magni
non bibant uinum. ne ebrii fiant et obli-
uiscantur sapientie et cetera. Quod inebriare potest.
Ista ebrietate de qua dicitur. Turbati sunt et
moti sunt sicut ebrius et cetera. Vnumquodque est luxuria

alit. Ab omni quod inebriare potest. Hoc est uolup-
tas secularis que consurgit ex diuersa rerum commi-
xtione. Sicera. sicera et ceruisia et huiusmodi conficiuntur
ex diuersis materiebus. Vel uinum est peccatum
apertum. sicera et alia huiusmodi. uerba uoluptatis. uel
simulatio secularis. ypocrisis. Acetum ex uino.
Per acetum acredo et uetustas peccati preteriti. Ace-
tum ergo bibere est. quasi cum mens ad uomitum ad uo-
luptatem peccati preteriti redire. et corruptio-
ne ueteris nequicie delectari. Vuas recentes
siccasque non comedent. Per uuam ipse homo. per ui-
nacium corpus. per uinum ratio. Vel uua est pec-
catum. Vnde. Vua eorum uua fellis et botri a.
In uua duo sunt. uinum et acinum. Ita in peccato
duo sunt. inmundicia. ecce acinum. et delecta-
tio. ecce uinum. Actus peccati est uua acerba. que
dentes obstupescere facit. Vuas ergo recen-
tes comedere est aperte et publice peccare.
Vuas siccas passas comedere est ad huma-
nos oculos abstinentie pallore infici
propter laudem humanam. Ergo uuas recentes co-
medere est in nouo peccato delectari. Nota
quod homo dicitur uua quandoque in bona significa-
tione. propter originem. quia in uite manet. Alit-
er non uiueret. Sic homo sine uite id est christo
uiuere non potest. Et propter maturitatem. Sicut enim uua
paulatim uenit ad maturitatem. sic homines
paulatim uenerunt ad fidem christi. Vnde. Mitti-
te falcem quia iam para est messis. Et
propter commixtionem. quia simul est in uua
uinum cum acino. sic in presenti boni cum malis.
Immo quibus homo uua est cum in eo fomes pecca-
ti et gratia dei continetur. Vua erat apostolus cum ait.
Non ego operor. sed quod habitat in me peccatum.

Cunctis diebus. Quibus noluerit homo in sanc-
titate permanere. Quicquid ex uva esse potest et cetera
non comedent. Quia non debet delectari
homo in operibus suis, sed tantum in gratia ex
qua sunt opera. Ab uva passa. Licet patiuntur qui
ad humanos oculos abstinentie pallo-
re inficiuntur. Usque ad acinum, id est ve-
rbum, id est pravos homines. Quia abstinendum est
a maximo peccato usque ad minimum ut
non paululum effugiamus. Unde Petrus in se-
cunda epistola. Superbia vanitatis loquentes
pelliciunt eos qui paululum effugiunt.
Non comedent. Cum delectatione. No-
vacula non transibit super caput eius. Per nova-
culam dolus. Unde: Sicut novacula acuta fecisti do-
lum. Caput est mens. Novaculam super caput
ascendere est dolum sive maliciam retinere in
mente. Quod a se removet ille qui sic a
domino commendatur. Ecce vere israhelita in quo dolus
non est. Bene autem dicit. Non transibit.
Non dicit. Non erit, quasi diceret. Et si quisque pec-
cet, non faciat moram in peccato. Idem
apostolus. Non regnet peccatum in vestro morta-
li corpore. Non dicit non sit. Usque ad
completum diem, id est usque ad finem vite perse-
veret. Sanctus erit crescente cesarie, id est mul-
titudine bonarum cogitationum crescente
sanctus erit. Capitis. Mentis. Super mortu-
um non ingredietur. Quod est in peccato consen-
tire. Nec super patris quidem et matris et cetera.
Id est nullus carnalis affectus debet eum retra-
here. Omnis parentela servitio Christi
est postponenda. Sicut bene dicitur quod nullus carnalis
affectus retrahat. Quia multum efficax est ad
trahendum quemque. Unde in glosa super psal-
mum dicitur. Vincunt amici quod ferrum non
vincit. Item. Inimici hominis domesti-
ci eius. Quia consecratio dei super caput eius est.
Quia caritas dei diffusa est in cordibus vestris.
Ideo nolite contristare spiritum sanctum in quo
signati estis. Omnis dies separationis
sue et cetera. Quia usque in finem vite perse-
verandum est. Quia non qui inchoaverit
sed qui perseveraverit et cetera. Si autem subito
mortuus fuerit coram eo, polluetur caput
id est mens. Quod radet illico in eadem die
purgationis sue. Caput radere est a ma-
la cogitatione mentem purgare per confessi-
onem. Quod facere debet illico secundum illud
Ne tardes converti ad dominum et ne dif-
feras de die in diem. In eadem die pur-
gationis, id est in ipso tempore contritio-
nis quando cognoscit se deliquisse statim
emendare debet per penitentiam. Vel ca-
put radere est mentem a bonis cogitatio-
nibus et conatu conscientie nudatam
cogitare. Unde statim debet satisfa-
cere et decreto similem casum tyra-
sit rursum septima die, id est in morte
ubi confiteri debet peccatum. In octa-
vo autem die, id est per gloriam resurrectionis.
Duos turtures vel duos pullos columbe.
Per quod duplex castitas signatur, scilicet men-
tis et corporis. Vel duplicem gemi-
tum, scilicet pro duobus irriguis. Aves enim iste
gemitum pro cantu habent. Sacerdos ...

purificatum tabernaculi. Christus enim uult
nos ducere ad introitum celestis reg
ni. Vnum pro peccato. Vt faciat pec
catorem pro peccatis gemere. Alte
rum in holocaustum. Vt faciat eum
uite eterne desiderio suspirare. Vn
de supradicitur. Offerens agnum inmacu
latum. Interlinearis. Vitam innocentem
per annosa et simplicitatem per usum.
a. Ita tamen ut dies priores irriti fiant
quia sicut peccata redeunt per unum crimen
mortali cetera redeunt. et omnia bona
opera mortificantur. Inde Iezechiel.
Cumque diuerterit se iustus a iusticia sua
omnes iusticie eius non recordabuntur. Vel irrita.
quia non confidat de multis operibus. sed de diui
na gratia. Offeret agnum in holocaustum.
id est christum. quem offert qui totam spem
et fiduciam in christi passione ponit
et ouem inmaculatam pro peccato. Quam
offert qui christum pro peccatis esse credit obla
tum. Et arietem inmaculatum hostiam
pacificam. Quam offert qui christum
mediatorem dei et hominum credit. qui omnia
pacificans fecit utraque unum. Cani
strumque panum azimorum. Canistrum est
sacra scriptura in qua sunt panes spirituales
alimonie. Azimi. sine fermento
inanis glorie. uel laudis. uel auaritie. Qui
conspersi sunt oleo. id est gratia. Conspergere est
rem in parte aliquam tangere
in parte non. Ita gratia spiritus sancti quosque

plus tangit cor una uice quam alia. Vel per
canistrum panum predicationem rudem intelli
ge et incultam. Panes conspersi sunt. Lagana
uncta oleo. quod plus est. Lagana tenuia sunt
sed lata. et significant tenuem et exilem predica
tionem et incultam. sed in caritate. Panes conspersi
sunt fortem et compendiosum sermonem significant. et
compositum. Sermo rudis habitus ex caritate.
multociens efficacior est sermone subtili
et bene limato. Hinc est quod Sangar uno uomere strauit
sexcentos. et ita plures quam alii gladiis.
Sed Sanson mille mandibula asini. Et li
bamenta que ex more debentur. Hec ille of
fert. qui facit quod docet. Arietem uero inmola
bit hostiam pacificam domino. Quem offert
qui se dignum mercede eterna ostendit per hoc
quod bene hic se rexit secundum doctrinam scrip
ture et carismata gratie. Tunc radetur naza
reus. Gregorius. Quid est quod nazarei capillos
nutriunt. nisi quod per uitam magne con
tinentie presumptionum cogitationes cres
cunt. Sed quid est quod nazareus deuotione com
pleta. caput radere. capillos in igne
sacrificii ponere iubetur. nisi quod tunc ad perfecti
onis summam pertingimus. cum sic exteriora
uicia uincimus. ut et cogitationes super
fluas a mente resecemus. quasi igne sacri
ficii cremari. et diuini amoris flamma
succendi oportet. ut totum cor in dei
amore ardeat. et cogitationes superfluas
cremans. Cum nazarei capillos. deuotionis
perfectione consummat. Et ita capilli in malum.

vel cap. mens. Capilli cogitationes et
opera. Consummata itaque sanctitate cap
ude est. post omnia bona. se incipien
tem et quasi in primo initio reputare. secundum
illud. Et dixi. nunc cepi. et cetera. Item. Cum consum
maverit homo tunc incipit. Ut presumptionem
devitans. dicat. Posteriorum oblitus et cetera. Ca
put ergo nazarei raditur. quando mens alti
nentis a superfluis cogitationibus
emundatur. Tollet que capillos eius. Cogi
tationum presumptiones. Et ponet super ig
nem. divini amoris. Et armum coctum
arietis. fortitudinem. scilicet operis. probati ig
ne tribulationis. Tortam que panis absque
fermento. Misteria scripture revelanda
clericis. quod fit loquendo clericis. et tra
detur torta panis in manu nazarei
et laganum unum. Quod quando laicis loquimur in
manibus nazarei traditur. Postquam rasum fuerit
caput eius. id est cum eum a corruptione carnis
spoliaverit. et omne curarum liberavit. Sus
cepta que. iterum eo elevabit in conspectu
domini. Quod est bona que agit deo attribuere. et ea
pro gloria eterna operari. Et sanctificata sacerdotis
erunt. id est Christi. Quia omnia opera nostra ope
ratus es in nobis domine. Sicut pectusculum. per
quod sapientia notatur. que dei est donum. et femur
. scilicet repressio carnalitatis. Et totum hoc est
Christi. qui ad eius gloriam cedit quicquid nazareus
eius. id est ille bene voluit. vel opere consum
mavit. Ipse enim est qui operatur in nobis
et velle et posse. Post hec potest bibere nazareus
vinum. scilicet per iustam intentionem. per dilectam

permissionem. per operis perfectionem. per in
ceditis retributionem. Potest bibere
id est haurire spirituale donum. de quo dicitur
Torrente voluptatis tue potabis eos
et inebriari vino et iocundari cum
fratribus ioseph. Locutus est dominus ad moy
sen. et cetera. Benedicat te dominus et custodiat
te. Tribus vicibus ponit hoc nomen
dominus. per quod innuit trinitatem personarum
Sic dicitur in psalmo. Benedicat deus. deus noster
benedicat nos deus. Idem est significatum in
tribus digitis sacerdotis in benedictione
elevatis. Qui quando hanc benedictionem pre
dicebat. tres digitos quibus in signum
trinitatis elevabat. et duos opprimebat
hinc est quod in benedictione episcopali solum
in scilicet tres similiter clausule. et tribus
digitis dat benedictionem. que omnem
trinitatem innuunt personarum. Item
notandum quod bene quelibet clausula
gemina est. Tres clausule tres gratias
notant. scilicet incipientem. proficientem
consummantem. Gemine sunt. quia quelibet
gratia duo continet. Prima. incipi
ens. scilicet infusionem gratie. et remissi
onem peccatorum. proficiens. duo. scilicet de
clinare a malo et facere. tertia. scilicet
consummans. stolam corporis et anime
scilicet est sensus. Benedicat. infusione
spiritualium carismatum. Ostendat
te faciem suam. Post petit in presenti
dicens. Ostendat. et cetera. Unde Osten
de faciem tuam et salvi erimus. Et custodiat te

7c. Nisi dominus custodierit civitatem 7c. Item in
oratione dominica. Ac pietatis studio quam
se nutta custodias. Per modum glosam in
fine. Convertat dominus 7c. Respice in
me 7 miserere mei. Et eandem peti
mus pacem dicentes. Dona nobis pa
cem. Pax enim summa quam expecta
mus finis erit. Unde. Qui posuit fines
tuos pacem. Item iacob loquens filiis
suis ait. Ne irascamini in via. Et benedicam
il. q. d. dominus. Nolo dicant sacerdo
tes se populum meum benedicere. quia non
ipsi sed ego benedico. Unde. Benediximus
vobis de domo domini. Igitur ob
tulerunt duces in dedicatione al
taris 7c. Notandum quod erecto ta
bernaculo principes obtulerunt
Ita sancti patres deo munera gratissi
ma. ad opus tabernaculi militantis.
Abraham fidem. moyses mansu
etudinem. David humilitatem. 7 sic
de aliis. Moraliter principes sunt
qui quinque sensibus bene principantur
quorum dona deo sunt gratissima
que cum unitate in vinculo pacis
offerunt. Hinc est quod iacob ait
filiis descendentibus munera ad ioseph
Ne irascamini in via. Itaque tollit
munera. ad deferens tabernaculo.
i. prelatus offerre debet. Item iohannes
Ego in eis 7 ipsi in me. ut sint
consummati in unum. Coram domino.
Adam offerunt domino. facientes
opera de genere bonorum sed non coram domino

quia non pura intentione ea faciunt. ut ypo
crite. Sex plaustra tecta. cum duodecim bobus.
Per duodecim boves duodecim apostoli 7 apostolici viri.
qui in agro domini cotidie laborant vomere
predicationis illum excolendo. quibus non est os al
ligandum secundum legem. Sed etiam debent plau
stris i. temporalia solacia. quia plaustra
cooperta erant. per que temporalia que devoti
subditi eis ad victum repensant. Unde
sine cura 7 impedimento divino vacent
obsequio. Ut qui evangelium denuntiat. de
evangelio vivant. Si enim celestia 7 spiritu
alia seminant, non est magnum si metant temporalia. Hoc
est quod dicitur producens fenum 7c. Hoc est pulmen
tar sub evangelio. Tecta. Ut occultes
te ne videaris ab hominibus. vel ne captes au
ram popularem. Sic enim sit actio in manife
sto. ut intentio maneat in occulto. Item
Conclude elemosinam in sinu pauperis 7c. Unum
plaustrum. Per dulcem cohabitationem in dan
do. quia teste salomone datorum indisciplinatorum
tabescere facit oculos. Nonne ardorem refri
gerat ros. sic 7 verbum melius quam datum.
Unum bovem singuli. Et a unum officium
caritatis cum laboris simplicitate 7 inten
tionis tam corpore quam animo ministran
tium deo est acceptum. In conspectu tabernaculi.
Ut opera sua dirigat ad utilitatem ecclesie. Igitur
obtulerunt duces 7c. Intulnearis. Unusquisque
pro posse suo offerat fidem. doctrinam.
operationem bonam. 7 etiam necesse est ut absti
neat a mortali. 7 si non a veniali a quo
non potest. Duces. Quia plus aliis offerunt. Unde
Ieronimus. in prologo galeato dicit. Offe

ne irascamini
in via

non est magnum

ris

rant alii purpuram. alii byssum ad opus taberna
culi. nobiscum bene agunt. si pilos caprarum
offerimus. Hec in dedicatione altaris oblata
sunt a principibus. xii. phyale. Que dicuntur com hi
are. Phiala inferius est angusta. sed superius dila
tata. Per quam doctrina euangelica. que circa ter
rena et carnalia coangustatur. sed circa cele
stia dilatatur. Hinc est quod domus in qua dominus pascha
celebrauit erat inferius angusta. superius lata
et. in summo uero latissima. quia sacra scriptura in
principio. scilicet in littera est obscura. In allegoria
lata. In moralitate latissima. Et ut ua
sorum istorum significationem tangamus. nota glosam
que dicit. Varia uasa sunt uarie distinctiones
tibi diuinum per capacitate auditorum. Aliter enim
sani sunt admonendi. aliter infirmi. aliter di
uites. aliter pauperes. aliter superbi. aliter humi
les. Aliter auari. aliter largi. Aliter seculares. ali
ter religiosi. Aliter rudis populus iudeorum sub
umbra legis. aliter christiani in ueritate euangelii
sunt docendi. Hinc est quod iezechieli dictum est.
Sume laterem et pones eum coram te. et de
scribes in eo obsidionem. Later inmundus
est. et significat cor peccatoris plenum spurcitiis
a peccati. quod ponere debet predicator coram se
ipsius capacitatem mensurando et ei retinen
tur. Vtrumque. scilicet acetabulum. et phialam. id est
lex uetus et noua. Vtrumque inquam plenum
est simila. id est spirituali scientia et diuina cogni
tione. que per similam significatur. Sed oportet quod
hec simila sit oleo conspersa. id est aqua caritatis
conglutinata ne uento superbie proiciatur. quia sine
caritate dispergitur scientia et diuina cogni
tio. quia que uirtutes sine humilitate congregat. quasi pul

uerem in uentum portat. In sacrificium
Bouem operationis exemplum. alius prediti
nandus nequis abscondat scientiam quam
habet. Glosa. De simila conspersa oleo sacri
ficium fit. quia nichil est tam acceptum
deo quam meditatio legis cum execution
one operis. Boues. xx. doctores qui
predicationis uomere corda auditorum
arant. De armento. Quod fiat quia
imitatur in aliquo bono opere normam
alicuius sancti doctoris. Arietem. Pla
ti qui dux est gregis. id est bonum se et alios regi
mini. Simplices et mansueti. hir
ci. Penitentes boni. quos debet quilibet
ceptis caritatis. Di. scilicet et proximi
se extent. In hostias pacificorum
per illam geminam dilectionem pacem
habemus cum deo nostro. Quinque hir
Quos offert ille qui per ueram peni
quinque sensus corporis deo sacrificat.
quinque agnos anniculos. Quos offert
qui in usus corporis sui ueram simpli
citatem studet habere. Cumque ingrederetur
moyses tabernaculum. Predicator uel doctor
tabernaculum ingreditur. id est scientiam scriptu
rarum in studendo. Vt consuleret ora
culum. Quia studendo deus loquitur homi
ni orando homo loquitur cum deo. Audi
ebat uocem loquentis ad se de propitia
torio. Per gratiam diuine propitiatio
nis post culpam preuaricationis
aperit nobis deus uiam ueritatis. Gre
gorius dicit. Quid est quod moyses crebro
intrat et exit. nisi quod is qui in contemplatione

tempore foris infirmantium negociis in-
gerit. Intus arcana dei considerat. foris
onera carnalium portat. Qui de rebus dubi-
is semper ad tabernaculum recurrit et
coram archa testamenti dominum consulit. exem-
plum prebens doctoribus ut cum foris am-
bigunt quid disponant. ad mentem quasi
ad tabernaculum recurrant. et velut ar-
cham testamenti domini consulant. si de hiis
in quibus dubitant apud se. intus sacra eloqui-
orum paginas requirant. Unde christus in monte
orationi inheret. in urbibus mira-
cula exercet. imitationis viam do-
ctoribus bonis sternens. ut scilicet
eterna summa contemplando appe-
tant. necessitatibus tamen infirmantium
compatiendo misceantur. quia tunc ad
alta caritatis mirabiliter surgit
cum ad ima proximorum misericorditer
se attrahit. et quo benigne descen-
dit ad infima. valenter recurrit ad
summa. Sic ergo de activa transeundum est
ad contemplativam. Hinc est quod abra-
ham sepelivit mortuum suum in spe-
lunca duplici. ita deus iustos in con-
templativa et activa iubet exerceri
qui sunt mortui mundo. Item. Ieze-
chieli dictum est. Egredere in campum. postea revertere
in domum tuam. Et iacob vidit ange-
los ascendentes et descendentes per
scalam et locutus qui est dominus etc. Mi-
litans tabernaculum est ecclesia totalis. scilicet
militans et triumphans. Candela-
brum enim est christus. super quem ponuntur vii.
lucerne. id est vii. dona spiritus sancti. Tria bra-
chia alterius sunt tres ordines sal-
vandorum in veteri et in novo testamento.

Noe. daniel et iob. Christus vero in medio. quia
omnes ei concordant. Unde. Et qui preibant et qui sequebantur etc.
Sed hoc candelabrum positum est in parte austra-
li id est in populo iudaico. unde natus est et nutritus.
qui dicitur auster propter fervorem caritatis qui quon-
dam fuit in eo. et propter dulcedinem divinorum elo-
quiorum. Unde ysaias. Occurrentes sitienti ferte aquam
qui habitatis in terra australi. Item. Deus ab
austro veniet. Et surge aquilo et veni au-
ster et perfla ortum meum. Item. Abraham venit
in terram australem. sed magis illuminat
aquilonarem quam australem. id est gentiles
quos predestinavit et vocavit. excecatis iu-
deis qui designantur per aquilonem propter algorem
infidelitatis et tenebras peccati. Unde de
ipsa dicitur. Habitantibus in regione umbre
mortis lux orta est eis. Mensa vero est sacra
scriptura. super quam ponuntur xii. panes. id est do-
ctores secundum apostolorum doctrinam viventes
quorum doctrina invenitur modo in aquilonari par-
te. Unde ex illa parte legitur evangelium.
Per candelabrum prophetia. Bene ergo candela-
brum respicit mensam. quia lex evangelium
confirmat. et testimonium ei astruit. Sic
ergo expone. Cum posueris septem lucernas
id est vii. dona spiritus sancti super christum. qui ita posi-
ta fuerunt super eum. quod nullo modo ab eo sepa-
ri potuerunt. Unde. Apprehendent vii. mulie-
res virum unum etc. Item. Super quemcumque vi-
deris columbam descendentem etc. Contra bore-
am. Gentilitatem quam illuminat. non
illam partem in qua positus erat. In signum
huius rei si tantum una candela sit in
altari debet poni in parte sinistra
Sed bene dicitur. Contra boream. Unde salomon
Ros obvians aquiloni venienti humi-
lem facit aquilonem. Item. Hinc etiam arguitur

argumentum consuetudinis ecclesie quod le
gens evangelium quandoque ex parte austra
li est. versa facie ad aquilonem. quandoque ad a
quilonem spectans ad partem australem. Et re
gione. Ex opposito. Respiciant Genti
les. Ad mensam. Septimum. Panum propo
sitionis. id est doctorum. qui sunt panes proposi
tionis. i. porro. i. longe positi. quia semper
durabit eorum successio usque ad finem mundi
Mortuo enim uno alius substituitur. Et
erat facta candelabri ex auro. Christus
enim non fuit deauratus. sed totus ex auro.
id est sapientia plenus. Ductili. quod tunditur
ictibus malleorum. Ita Christus ictibus ungarum
percussus est. colaphis cesus est. virgis
et hic crucifixus est. et sic ad resurrectionis
gloriam pervenit. et omnes qui pie volunt vivere
in illo quasi metallum feriendo dilata
tum per passionis contumelias ad inmor
talitatis gloriam pervenient. Tamen medii
stipes. Christus de quo procedunt calami. quia
ab ipso accipiunt sancti quicquid habent. Unde. Si
ne me nichil potestis facere. et ita sancti nichil
valent sine eo. hic calami sine stipite vel
palmites sine vite. Tolle levitas et cetera.
Hic instruitur militia clericalis. scilicet qualis et
qualiter ad celsitudinis dignitatem promo
veatur. et est hic thema ad ordines.
Sermo ad ordines.
Unde ait. Tolle levitas et cetera. i. prelatos et
clericos in sacerdotium promovendos vel
ad consecrationem. vel ad sacros ordines. De
medio filiorum israel. Ut decreto communi
lege aliorum non vivant. quia ad sacros ordines

suspirant. Aspergantur aqua lustratio
nis. id est purgationis. i. aqua lacrima
rum pro suis et alienis peccatis.
Et radant omnes pilos carnis sue.
Nota glosam gregorii que dicit quod pi
li sunt cogitationes carnales. que
per Christum gladio sollicitudinis et dis
cretionis tollende sunt in eo qui placere
debet deo. Cum enim evelli non pos
sint. quia radix fomitis eas pul
lulare facit. quam cito exeunt
resecande sunt. Item gregorius. Pili
carnis sunt quelibet superflua huma
ne carnis et vite. vel veteres cogi
tationes. quas sic scindimus. ut de cari
sione earum nullo dolore sanguinis
levita autem assumptus dicitur. Oportet
ergo levitas omnes pilos carnis ra
dere. quia qui in obsequiis dei assi
stunt. ante oculos dei a cunctis
malis cogitationibus mundi
debent apparere. ne illicitas cogi
tationes proferat et pulchram
pulchriam animi speciem quia pi
lis fructificantibus deformem
reddat. Sed quamvis vir continue se
sanctionis quelibet exerceat. adhuc
tamen ei de vetustate vite nascitur
quod tolleret. Unde et ipsi levitarum
pili radi precipiuntur non evelli
Rasis enim pilis. in carne radices
remanent et crescunt. ut iterum
recidantur. Pervigili namque studio

superflue cogitationes sunt amputan-
de. sed amputari funditus non possunt
semper enim generantur superflua que spi-
ritu sollicitudinis recidat. Sed in
nobis subtilius agimus cum speculatio-
nis alta penetramus. de hoc quoque dicit
ipse. Vox domini intercidentis flammam
ignis. Et dicit ibi flamma ignis quod hic
pili. Non enim ex toto hic flamma
extinguitur. sed intercidit. Non capilli
ex toto auelluntur. sed raduntur. Un-
de dicitur. Omnes pilos. Sicut enim turpe
est barba semirasa exire in pu-
blicum. ita turpe et inhonestum parti
conuerti. parti peccata retinere.
Unde amon remisit nuntios dauid
rasis medietatibus barbarum. quod sit
quia peccatum in parte relinquitur. et
in parte retinetur. ex eo ipso turpi-
ores apparuerunt in conspectu
dei. Cumque lauerit uestimenta. id est
mundauerit opera sua. ut coram
deo sit conuersatio munda et laudabilis.
et coram hominibus irreprehensibilis. Unde
omni tempore uestimenta tua sint candida.
beatus qui custodit uestimenta sua ne
nudus ambulet. Tollant bouem de ar-
mentis. bouem autem alterum de armento
sumes. utriusque bouis duplicem passio-
nis christi fructum intelligimus. Unum
in remissionem peccatorum. aliud in
collationem gratie. secundum illud. Ut nos
offerret deo mortificatos quidem carne ui-
uificatos autem spiritu. ut dicit paulus ait.

Sed abluti estis. sed sanctificati estis in
nomine domini ihesu christi. Moraliter per duos
boues. quorum unus in holocaustum. alter
pro peccato offertur. due species actionis
designantur. quarum una. ea que male gessimus
per penitentie lamentum abluimus. Altera
bonorum operum et uirtutum fructibus gratiam
dei. et premium beatitudinis promeretur.
De armentis. Patriarcharum et prophetarum
sunt libamenta. Sacramentum passionis et
representatio immolationis. quod fit co-
tidie in altari. Et similam. Sacre scrip-
ture scientiam. Oleo conspersam. Sapore cari-
tatis. quem ei contulit sacramentum pas-
sionis. Hec offerre est. horum memoriam
habere. scilicet passionis christi. Coram taberna-
culo federis. Quod est cum electi ad officium
altaris producti iuxta doctrinam et exem-
plum sanctorum bene uiuere incipiunt. et
usque in finem perseuerant. Conuocata omni
multitudine. Ecce in electione prelati
requirendus est populi consensus. Ut habeat
testimonium ab his qui foris sunt. Ponent
filii israel manus suas super eos. Quia in
electione tria esse debent. electio cleri.
fauor principis. assensus populi. Offeret
aaron. Qui eis prefuerit semper. Leuitas
a filiis israel. Supple assumptos. Notandum quod
cum dominus primogenita egiptiorum occideret
pro hebreorum liberatione uoluit primoge-
nita hebreorum sibi reseruari. et pro pri-
mogenitis filiorum israel leuite domino
offerebantur. Primogenita quoque egiptiorum
sunt motus carnis qui in primo oriuntur.
Et hii cum adhuc paruuli sunt. allidendi sunt

ad petiā. Primogenita hebreor. sc̄ bo
na opa. q̄ deo sc̄ offerenda. Qui g̃ mi
nist̄ sc̄ dn̄i uidere debent q̃m ne
cessariū sit eis officiū suū ita c̄to
dire. n̄ t̄renis luc̄s l' uoluptatib'
inhiare. q̄b; p̄pium est tabnaculo
deseruire. 7 p̄ poplō orare ne sit ī
eis plaga nocens ut d̄r inferi'
Ut seruiant m̄. Non uenatorib;
s; deo b̄n̄ apl's. Nemo militans deo
īplicat se negociis secularib; Leuite
q̄q; ponēt man' suas sup capita bo
ū. Allego. Caput ē ext̄mitas corpis
g̃ p̄ capita boū ext̄mitas passionis
x̄. sup q̄m man' debet ponē plat'
ut n̄ tantū s. imitet̄ ipsū in pa
tientia 9tumeliar. s; si op' fuerit
fundat p eo sanguinem p̄priū. Ut de
p̄certis p eis. Xp̄c depcat̄ p nobis. In
9specti aaron. Id ē xp̄i. & filior ei' i.
aplor. q̄ sc̄ filii d̄i. Ac separabis
de medio filior isrl'. Q'a mini
stri d̄i p̄fectiorib; morib; debent m̄
stri q̃m latitudo plebis. Un̄ glosa.
Non debet minister ecclie disciplina
poplari 9tent' ēē. s; morib' 7 doct'
na spectabilis. Qm̄ dono donati
sc̄ m̄. Nota replicationē in ūbo
donandi. in q̄ deuotiū dei msi
nuatur. unde hic notat̄ amor d̄i
ad clericos. nisi ipsi impedierint
Pro p̄mogenitis 7c̄. Extinctis enim
uiciis que sunt p̄mogenita diabo
li opib; carnis q̄b; m̄quat̄ nat̄a.
substituendi sc̄ boni mores. Er
orent p eis. ne sit ī eis plaga 7c̄.
Alio q̄n 7 se 7 poplm̄ p̄cipitat̄ in
pditionē. & d̄r eis. Qui n̄ suscepi
am de manu ur̄a. sic d̄r in ma
lachia. n̄. s. tales fuerint. Eleua
uit q̄q; eos aaron 7 9specti dn̄i.
Id ē statuit. Q'a a terra eleuari
debent plati. Locutus ē dn̄s ad moysen.
Hic agit in q̄ etate leuite debēt
ministrare. A uiginti q̄nq; ānis
7 sup̄ īgredient̄ 7 ministrabūt in
tabnaclo. Hinc ducit̄ argumentū
p 9suetudine ecclie q̄ hanc e'
tē ad mini' attendit in ordinan
dis ministris suis. S; nota qd'
sup' dixit qd' debent ēē xx̄x̄.
annor. Qre potest dici q' hoc
qd' hic d̄r. A uiginti q̄nq; ānis.
dicit̄ p̄p̄t q̄sdā idoneos in ta
li etate ad ministrandū. q̄dam
alii non nisi a tricesimo. Mora
lit̄. A uiginti q̄nq; annis sc̄ q̄ be
ne psc̄. q̄nq; sensib;. Ut ministrē
id ē ut ministrare debeant. In
tabnaclo. i. in ecc̄. Non dn̄ante

in clero ut ait petrus in canonica epistola. Cum
quinquagesimum etatis annum imple
uerint seruire cessabunt. Id est honera
portare et huiusmodi. Eruntque mi
nistri. Non ad laborandum. sed ad
custodiendum. Mistice a xxv° anno
leuitis tabernaculo seruire. et post l^a
custodes uasorum fieri. quia tunc debet homo
electos animarum cum quibus uiuunt in eo uel
lanciores. Locutus est dominus et cetera. Anno
secundo postquam egressi sunt de terra egipti
mense primo. In primo capitulo certa
regula assignatur quando phase. id est
pascha secundum legem debeat ce
lebrari. In uesperum azimi dies
quando incipit quartedecime. Faciunt
iudei pascha suum. Nos uero hanc
regulam superaddimus. ut ibi facta
ad terminum paschalem et pascha
nostrum transferimus usque ad dominicam
sequentem. Et hoc ne uideamur
iudaizare secundum compotistas. uel
melius theologice. Dominus enim in
quinta feria quando erat luna quartade
cima. agnum paschalem comedit
quod erat terminus legalis pasche
sed in illa die non est passus. immo pas
sio eius usque in crastinum dilata est
et ideo transferri debet pascha nostrum
usque in sequentem diem. sed ex quo transfer
endum est melius est ut transferatur usque in
diem dominicam. propter resurrectionem dominicam
factam tali die cuius causa fuit passio. Mi
stice notandum quod filii israel. quatuor fecerunt
paschata ut ita dicam. Unum in egipto
quando exibant. scilicet in ramasse. Secundum in deser
to. Tercium in galgalis. Quartum in tercia trans
itionis sub iosia. Hoc fuit famosum pascha
Pascha autem transitus interpretatur. Quadruplex
autem transitus nobis est necessarius. Pascha in
egipto est transitus de uiciis ad uirtutes
Pascha in deserto est transitus de bono ad
melius. scilicet de uirtute in uirtutem. Pascha in
galgalis est transitus de uirtute ad stolam
anime. Unde galgalis reuelatio interpretatur
quod erit in patria. quando reuelabitur nobis
gloria domini et reuelata facie dominum contempla
bimur. Quartum pascha pertinet ad glorificationem
corporis. quando mortale hoc induet immortalita
tem. Item. tercia septimana factum est pascha. Et
tercio tempore. scilicet gratie facta est liberatio nostra.
Hinc est quod in primo die aduentus domini tres
uersus in responsorio matutinali cantantur
Hoc est signant tres misse in natali
die domini. Hinc est et quod dominus fecit sibi parari
pascha in cenaculo. quod est tercia mansio
tecti. ad notandum quod tercio tempore facta est
consummatio gratie. Respondit moyses. State
ut consulam dominum. quid precipiat dominus de uobis
In hoc nobis exemplum relinquitur ut in
dubiis non statim in sententie diffinitione prorum
pamus. sed dilate et cum deliberatione diffiniamus.

Et ita tercium pascha pertinet ad stolam anime


in omnibus voluntatem dei consulendo. Quia
os eius .i. sacram scripturam interrogando
de quo arguit propheta malos qui ait. Pereunt
qui os domini non interrogaverunt. Item. Moyses
frequenter it et redit ad tabernaculum domini.
Redire est conscientie secretum consulere
et secundum inspirata a domino interius exte-
rius aliis proferre. Hinc est quod iezechieli pre-
ceptum est redire ab agro in domum .i.
a latitudine negociorum in secretum cordis.
Homo qui fuerit inmundus. Inmundus dicitur hic vel
hereticus vel gentilis philosophus. Faciat pha-
se domino in mense secundo. Id est tempore gratie in quo ad fi-
dem accedens bona opera habere purgatus
ab inmundicia peccati. Per lactucas agre-
stes .i. per amaritudinem penitentie. Cum
azimis. Azima comedit qui cuncta opera
sine corruptione vane glorie facit et sine
peccati admixtione. Cum lactucis agrestibus.
Et notandum cum corpus christi accipimus pro pec-
catis compungi debemus. ut amaritudo
penitentie abstergat amorem presentis vite. Co-
medent illud .i. agnum paschalem. Non
relinquent ex eo quicquam usque mane. Re-
surrectionis future. Quia tunc non erit
tempus discutiendi vel operandi. Sed hic di-
cta christi et facta sunt discutienda. Quod me-
lius in exodo loco suo expositum est. Os
non confringent ex eo. Ea subtiles inqui-
sitiones sive questiones debemus deo reservare
ne ossa regis ydumei frangamus. Si quis
autem mundus est et in itinere non fuit et cetera. Si recedit

gressus. Mundus est qui se inmundum reputat
et propter hoc quod sanam gerit conscientiam
et quod prelatus est vel papa. forte a subdito
sacramenta ecclesie ut confessionem et huiusmodi
recipere dedignatur. ignorans quod
christus in baptismo iohanni se subdi-
dit. Ille talis propter superbiam a
a deo punietur. Peregrinus quoque et advena.
Notandum quod non est personarum acceptio
apud deum. Quia tam advena quam indi-
gena facere tenetur pascha. Ad-
vena laicus. indigena clericus. Et si lai-
ci tam reverentur ad tantum semel an-
in anno. clerici esse debent qui cotidie acci-
piunt. Igitur die qua erectum est taberna-
culum et cetera. Operuit illud scilicet tabernaculum.
id est ecclesiam militantem quam peregrinis
incarnatio christi. Mistice tabernacu-
lum erectum est prima die mensis
secundi anni. Quia ecclesia erecta est per
christum tempore gratie. Quia tunc consolationem
sancti spiritus accepit. Nubes. Caro christi
vel ysidorus. Nubes. incarnatio christi
cum clementia tabernaculum peregrinantium
Bonitas statum disponit. providentia
in via huius seculi tutissimum dirigit. Per
noctem erat quasi species ignis. Gre-
gorius. In igne terror. In nube leve
visionis blandimentum. Dies vita
iusti. nox vita peccatoris. Unde
fuistis aliquando tenebre. nunc autem lux in
domino. In die ergo per nubem columpna

ministrat in nocte per ignem. qui et blan
dus iustis. terribilis erit iniustis. Hos in
dicio ueniens per lenitatis mansuetudi
nem demulcens. illos per iusticiam districtio
nis terrens. Hinc est quod angelus gestus resur
rectionis et iudicii habebat fulgur in fa
cie et candorem in ueste. Vel aliter secundum
illud. In iudicium ego ueni in mundum ut
qui non uident uideant. et qui uident ceci fiant
uidentes dicuntur qui se uident. id est iustos se
esse putant. non uidentes qui se peccatores
agnoscunt. Christus itaque columpna est. quia
rectos et firmos. et fulciens infirmitates
nostras. Precessit ergo columpna nubis in die. quia
nulla luce claruit illis qui se putant esse
in die. scilicet superbis et presumptuosis. Et columpna
ignis in nocte. Quia qui se infirmos
reputant. igne sui amoris illustrauit
Non uocare iustos. sed peccatores ad
penitentiam. Item. Nota duos aduentus Christi.
potest hic notari primus per nubem. secundus per
ignem. Primus blandus fuit et humilis. Secundus
erit asper et terribilis. Nubes in pluuiam
resoluitur. et contra estum obumbraculum
largitur obscura est. Ignis lucet et urit. Ita
Christus superbis et malis erit obscurus. id est. hu
miles autem et iustos resoluit facit in pluuiam
lacrimarum. et contritionis in presenti. et eos
qui peccant protegit. In futuro autem erit ig
nis illis qui hic resoluit in pluuiam
illuminans. scilicet bonos. Illos quibus obscurus
est. id est malos. eterno gehenne igne deuastans
aliter. Nox peccator. dies iustus. Nubes ergo
in die. et ignis in nocte. quia dulcis et iustos

peccatores illuminat. Cumque ablata fuisset
nubes que tabernaculum pretegebat. et cetera. Infra dicitur
Leuata. pro ablata. Nubes est beata uirgo. uel
caro Christi. Vnde. Ascendet dominus nubem leuem
et ingredietur egiptum. Hec nubes in ascensio
ne eleuata est super celos. Vel beata uirgo in as
sumptione. Tunc proficiscebantur filii israel.
Quia Christi ascensio sua fuit utilitas et exaltatio
Quo enim precessit celsitudo pastoris. sequitur hu
militas gregis. Et idem dico de beata uirgine
Vnde et in festis illis debemus proficere. id est proficere
Et in loco ubi stetisset. Hoc de Christo exponitur. locus
in quo ipse stetit fuerunt opera humilitatis
et patientie. Et in his omnibus manere debent
filii israel. Vel sic. Locus ubi stetit. fuit crux
Vnde. Talia perstabat memorans. fixus que mane
bat. Et in cruce etiam moram fecit. Stetit etiam
in operibus humilitatis et patientie. Vnde.
Discite a me quia mitis sum et humilis corde
Item. Exemplum dedi uobis et cetera. Ibi ergo metati
sunt castra qui passionem et humilitatem Christi
imitantur. Ad imperium domini. Quia ad imperium
Christi debemus operari et quiescere. quia ipse facit
quiescere in bonum et proficere in bonum. Vnde ipse
est stabilis et mobilis. Et uocat imperium domini
stationem nubis. Eruntque in excubiis. id est
castris uigilantes. Sicut in uigiliis semper
aliqui uigilant. custodientes precepta domini. Vnde
in magnis ecclesiis. semper sunt aliqui stantes
quasi parati ad psallendum. Et ita fit in ecclesia pari
siensi. Vnde illi qui cantant in missa respon
sorium. numquam sedent quousque illi qui debent
cantare alleluia. superueniant. Vnde dicitur quia ecclesia est
quasi castrorum acies ordinata. In quibus aliqui semper

uigilant. Cetera patent. quia superius expo
sita sunt. Locutus est dominus et cetera. Fac tibi duas
tubas. Dominus precepit moysi tubas facere quas
possent audire et ad earum sonitum castra
mouere. Agitur ergo in hoc capitulo de tubis que
erant in tabernaculo ad iiii. usus. Ad mo
uenda castra. ad conuocandum populum. Ad bel
lum. ad sollempnitates. Quibus modis fiebant pul
sationes docetur hic. Ad similitudinem istarum
nos habemus campanas quas diuersis modis
pulsamus. Nota de usu campanarum. Aliter
ad conuocandum populum pulsatur. Aliter ad castra
mouenda. Cum in maiori campana et mino
ri que discordiam belli significat. et aliter pro mor
tuis. et aliter pro conuocatione populi. In festis. vi.
diebus in uesperis et nocturnis horis. quinque
campanis pulsatur. propter. v. etates que [illegible]
ante aduentum Christi fuerunt. Et primo pulsatur
minori. postea maiori. quia in prima etate mi
nor fuit cognitio de deo quam in secunda. In secunda
minor quam in tercia. in qua fuit abraham qui fu
it prima uia credendi. Ad ultimum uero pulsatur
cum maxima quae significat Christum qui nouissime per
prophetas locutus est nobis ore proprio. In profestis die
bus fit pulsatio cum duabus campanis. quod signifi
cat missionem apostolorum. qui binos et binos ante faciem
domini missi sunt predicare. In completorio et in
prima eodem modo pulsatur. in quibus deo agitur gratia
patri. propter. iiii. dotes. iiii. dotes corporis. Mi
stice. Fac tibi duas tubas. Per tubam predicatio
et predicator intelligitur. Unde quasi tuba exalta uo
cem tuam. Item osee. In gutture tuo sit tuba. Iohel.
Clangite tuba in gabaa et cetera. Due ergo tube.



duo testamenta. uel duo precepta caritatis
per que ad perfectam fidei populus euocatur. Unde uide
tur in signum prelatorum concordie. quod dominus mi
sit eorum discipulos binos et binos ad predi
candum. Item. In tuba tria attendenda sunt.
Compositio. sonus. et terror. Compositio. quia
in parte qua ori admouetur angustior
et strictior. In parte autem finali grossior
et amplior. Hec bene predicatori conuenit
quia se debet retinere et assumere artio
ra precepta quod per partem illam angus
tam significatur. et aliis latiora. quod per partem
aliam. Et ita plus in se debet facere quam
aliis predicare. Quod si non faciant. audiant
quod dominus dicat. Alligant onera grauia et im
portabilia et imponunt ea humeris hominum
digito autem suo nolunt ea mouere. Hinc est quod
filii leui propinquiores aliis excubabant
circa tabernaculum. Ita et clerici per leuitas
significati. ita et precipue prelati. plus de
bent facere quam subditi. Unde petrus
loquens eis ait. Christus passus est pro nobis.
scilicet omnibus. uobis autem specialiter relinquens
exemplum. ut sequamini uestigia eius. o uos prelati.
Item. Manus mee distillauerunt myrram opti
mam et cetera. Stilla fluit a plenitudine. Per
myrram mortificationem carnis. Myrra ergo
a manibus distillare est subditos morti
ficatione carnis que est in prelatis principaliter
imitari. Item. Pars ori admota et angus
ta. significat quod predicator non debet ea predica
re que in se non habet. uel nollet sustinere. Unde
andreas egee proconsuli et consimiliter suo.

gredit. Ergo si patibulum crucis expauesc
erem. crucis gloriam non predicarem. Hoc uer
bum horrendum et graue debet esse predicato
ribus. Item. Terrere attendendus est sonus
tube. Sonitus enim tube est terribilis. et
predicatio terribilis esse debet. et terrorem
gehenne debet incutere. Unde iohannes
Genimina uiperarum. quis uos docuit
fugere a uentura ira. Terribilis ergo debet esse
predicatio. Unde. Rugiet dominus et formidabunt
filii maris. et a uoce. q. a. ex. e. Uni
suis hec de tubis in psalmo illo. Canta
te domino canticum nouum quia mirabilia fecit. super
illum locum. In tubis ductilibus et uoce
tube cornee. Nota quod duo sunt genera tu
barum. ductiles que tunsionibus malleorum pro
ducte sunt. et martyres significant qui tun
sionibus passionum facti sunt preciosi. Et sunt
tube cornee. que uirgines significant na
tam carnis ut cornu superantes. Unde
In uoce tube cornee. In carne enim
manere et super carnem uiuere. non terrena
sed celestis est. Bene autem iste tube sunt
ductiles. conueniunt ad illos qui tribulati sub
malleo proficiunt et laudes resonant
Unde apostolus. Cum infirmor tunc fortior sum
et potens. Et alibi. Libenter gloriabor in
infirmitatibus meis. ut inhabitet in me uirtus
christi. Et cornee. secundum illos qui sunt in carne et
non secundum carnem ambulant. Et due.
propter concordiam caritatis. Gregorius. Idcirco ar
gentee. ut uerba predicatorum eloquentiore

resplendeant et nulla sui obscuritate au
ditorum mentes confundant. De hoc in psalmo.
Eloquia domini eloquia casta et cetera. Et eo quod dicitur gera
tim natum puritas notatur. Sonoritas uero dicitur
argentum. quod sonorum est super omnia metalla
Puritas ergo ad uitam. sonoritas ad doctri
nam refertur. De hoc in canticis. Ostende michi fa
ciem tuam. Facies enim tua decora. pro uita. Et
eloquium tuum dulce. pro doctrina. Ducti
les. Unde in apocalipsi glosa. Sicut autem per ignem
probatum tunsionibus extensum candelabrum effi
citur. sic ecclesia tribulationibus purgata tempta
tionum ictibus in longanimitate extensa
confirmatur. De hac extensione apostolus. Omnes
qui pie uolunt uiuere in christo persecutionem patiuntur
Hinc est quod candelabrum in tabernaculo domini duc
tile fuit. Et apostolus tuba ductili insonuit
cum ait. Castigo corpus meum et in seruitutem et cetera
Tales itaque tube ductiles fuerunt petrus
et paulus. Si semel clangueritis. Rabanus
Semel tuba clangere est uerbum doctrine secundum
unitatem fidei et concordiam sensus catholici
proferre. De hac concordia et unitate prelatorum
dicitur in canticis. Uulnerasti cor meum soror
mea in uno oculorum tuorum. id est in unitate
prelatorum per quam places michi. uel sine eam tenentibus
displices. Uenient ad te principes. Ecce
uno solo clangore ueniunt principes
ecclesie. et prelati debent una sola admonitione
facere. quod spectat ad cultum dei. Et nota quod
hoc per inducitur contra eos qui cum audiunt primam campa
nam nolunt expectare secundam. uel ultimam antequam

uadant ad ecclesiam. uel forte quod peius est non uadunt. Moraliter. Primo ueniunt principes. post populus pleniori clangore. Ita prelati primi et precipui debent esse in bono opere. post subditi exemplo eorum perfecte. Plenior clangor est in quadragesima quando conciditur dicitur. Conuertimini ad me. etc. Unde tunc populus uenire debet quia est ad orientem. scilicet iudas. id est confessio. que semper precedit. Unde in iudicum dicitur. Quis precedet nos ad prelium et dixit dominus. Iudas. Item In exitu filiorum israel de egypto domus iacob de populo barbaro. facta est iudea sanctificatio eius. Post hunc ulterius sunt ad meridiem. scilicet ruben qui interpretatur filius uisionis. quod bene oratorem competit. quia post peccatum confessus es. debes esse circumspectus et prudens. Cum hoc sunt gad. Qui interpretatur accinctus. quia tunc paratus debes esse ad pugnandum. quia diabolus fortius instat post quam ante. Unde. fili accedens etc. Et cum illis symeon. id est obediens. Hii tres partem meridionalem obseruabant. id est feruorem caritatis. Ululantibus tubis in profectione. Nota uerbum quod predicatores ululare debent. id est ad fletum et ad planctum inuitare. Unde uox eorum esse debet. Fratres Miseri estote et lugete etc. In ualle enim lacrimarum sumus et ideo plorandum est non ridendum. quia nichil nobis nisi lacrimas et planctus uidemus. Unde salomon. Musica in luctu importuna narratio. Hinc est quod cum moyses rediret de monte. et populus fecisset uitulum ait iosue. Ululatus pugne est in castris. Et reuera ipsi cantabant ante uitulum. Et moyses in spiritu dixit ad iosue. Non uocem exhortantium ad bellum. neque compellentium ad fugam. sed uocem cantantium ego audio. quod derisorie dixit. Bene autem dixit. Non uocem exortantium ad prelium. etc. Quia duplex debet esse predicatio id est ut audiens declinet a malo. et ita fugiet a diabolo. et ut faciat bonum et ita pugnet cum diabolo. Quando autem congregandus est populus. id est minores attrahendi per predicationem. Simplex erit clangor tubarum et non concise ululabunt. Quia minores attrahendi simplici doctrina. et quando uocantur simpliciter clangendum est. Clangor enim concisus significat quamdam pompam et expolitam eloquentiam. quia quicumque dicunt sacre scripture auctoritatem quam scienter locuntur neque tamen dicunt. hoc dicit apostolus paulus uel iacobus. sed quasi sub nomine suo. ac si ipsum dicant inuenisse quod dicunt et eliminasse quicquid protulerint in medio. Et talium sermo non capit in minoribus. Unde rabanus. In conuocatione populi simplex tubarum clangor et non concisus esse iubetur. quia quando multitudini uerbum fidei predicant. simpliciter et aperte loqui debent ut multi intelligant et edificentur. ne si obscure et inuolute predicauerint. auditores uacui recedant. Unde apostolus ad corinthios. secundo. Fratres si uenero ad uos linguis loquens quid prodero. Nisi loquar aut in reuelatione. aut in scientia. aut in prophetia. aut in doctrina. Et paulo post. Omnia ad edificationem

fiant. Verbum enim nimis obscurum. vel
ambiguum. debet exponi per circulo
cutiones donec planum fiat et intelligatur
etiam ab indoctis. Quid enim prodest lectionis in
tegritas si auditorem non edificat. Pro
nichilo enim loquimur nisi ab his quibus loquimur
intelligamur. Qui autem docet uitet obscura
uerba. Sit autem optimus docendi modus.
ubi qui audit ueritatem. audiat et intelli
gat. Quid enim prodest clauis aurea. id est sermo
limatus et ornatus phaleris uerborum. si non
aperit. nichil enim quaerimus nisi ut pateat
quod clausum erat. Secundum Augustinum. Sed magis cum
populus conuocatur. ut in diebus sollempnibus
quando est confluentia populi faciamus sermo
nem. et exemplo domini ipsius qui docebat
in sabbatis ubi erat concursus populi. Item
In uno impulsu uenerunt principes po
puli autem qui motus erat castra. per lxx
contextio. Hunc modum debet habere pre
latus predicator. quod dicit gregorius super illud locum
iob. Quis dedit gallo intelligentiam et cetera
Sic docet gallus qui profundioribus horis noc
tis uoces altiores et profundiores cantus e
dere solet. Cum ut matutinis et cetera. Filii
aaron sacerdotis clangent tubis. Quia
proprium est sacerdotis euangelium predicare
Si egressi fueritis ad bellum et cetera. Quod facere est abire
a terrenorum cura. de celestibus cogitare.
Bonum est enim exire de terra propria ad bellum
contra diabolum. quod facere non poteris nisi
sis cyreneus. id est de uilla ueniens. id est non
mundanis abrenuntians. Clangetis ulu
lantibus tubis. Subditos ad fletum p

peccatis excitando. Si quando habebitis
epulum et dies festos. id est sollempnitates
canetis tubis. Unde. Buccinate in neo
menia tuba. in insigni die sollempnitatis uestre.
Ex hoc inoleuit celebris usus et laudabilis
apud sanctum uictorem et alias abbatias. quod in
sollempnitatibus faciunt sermonem. Et dominus
noster ihesus in sabbatis ut supra diximus predicabat
Item ieremias. Sta in porta domus domini. Et
clama. Nota quod in aduersis et in prosperis tubis
canere precepit. quia omni tempore uerbo dei
conuenit. Modo enim legendum est. modo can
tandum. modo docere. modo exhortari. modo increpa
re conuenit. quia secundum qualitatem auditorum
temperandus est sermo doctorum. Unde. Benedicam
dominum in omni tempore. Et alibi. Predica uerbum
insta oportune. importune. Item. Usus tu
barum fuit in festis. Hinc est quod signum ulti
me resurrectionis tuba dicitur. quia tunc erit
sollempnitas magne diei. scilicet duplex in
sanctis in qua duplicibus uestientur. scilicet stola
corporis et anime. Tunc enim bellum erit contra malos
quia sicut dicitur in apocalypsi. tunc pugnabit dominus
cum illis in gladio oris sui. Et ita tuba
erit ad festum bonis. et ad bellum malis.
Item. Ad bellum debet esse predicator. ut scilicet
incitet homines ad laborem huius miserie
sustinendum. Ad festum. ut inuitet et alli
ciat ad premium. Mistice. Anno secundo
id est tempore. Eleuata est nubes. et hoc
de christo exponitur in ascensione. Nubes est.
id est caro eius tunc eleuata est in celum uiden
tibus discipulis. Unde et cantatur in ecclesia. E
leuata est magnificentia tua super celos

Sermo
in ascensione
domini. Et unus
super nativitatem
beate
marie

De tabernaculo federis. Ecclesia. scilicet circa quam dominus perficit fedus. Moraliter ad claustra. Elevata est nubes de tabernaculo federis. Et motis profecti sunt filii israel. Proficisci enim profectum signat. quia si ascensionem christi oculis cordis perspicimus per exemplum eius proficere debemus. Hinc est quod helyseus ait helye. Oro ut spiritus tuus duplex fiat in me. Qui respondit. Si videris quando tollar a te. fiet quod petisti. et ita factum est. Helias est christus. quod ex interpretatione arguitur. quia helyas sol interpretatur. Helyos enim grece. sol latine. Et christus est sol iusticie. fugans tenebras peccati et ignorantie. Hic ait helyseo discipulo suo. id est ecclesie. Si videris. Oculis mentis quando tollar a te. id est si ascensionem meam oculis mentis inspexeris. ac si diceret perfecte crederes. et passionem et alia. dabitur tibi quod petis. id est spiritus duplex. In christo enim fuit spiritus simplex. id est ad unum officium. scilicet ad faciendum bonum. In ecclesia autem est ad faciendum bonum et obmittendum malum. Secundum illud. Declina a malo et fac bonum. Sic ergo fideles proficiunt ex eo quod christum ascendentem prospiciunt qui coram eis recenter ascenderet per turmas suas et cetera. Unaqueque enim ecclesia exultabit in domino secundum statuta sui ordinis sui et officii. Ut cystercienses secundum ordinem suum. et canonici sancti victoris secundum institutionem suam. De deserto synai

Id est de vita claustrali que dicitur desertum active et passive. id est deserens mundana et a mundo deserta. Ab omni cura humani amoris desolata et delicta debet esse vita claustralis. Ut dicat cum apostolo. Michi mundus crucifixus est et ego mundo. Synai autem dicitur synay. quod interpretatur rubi plantatio. Per rubum autem punctio et tribulatio designatur. Rubi ergo. id est tribulatio pressure et punctiones multiplices sunt in vita claustrali. tum propter temptationes diaboli. tum propter penalitatem quam sustinent. Ista enim magis habundat in claustro quam alibi. quia quanto locus altior et excellentior. tanto temptatione habundantior. Sicut ventus magis habundat in monte quam alibi. Et recubuit nubes in solitudine pharan. Id est claustrali militia signata per pharan. quod interpretatur onager vel ferocitas. In hac enim vita requiescit dominus. De hoc onagro dicit iob. Quis dimisit onagrum liberum. et vincula eius quis solvit. cui dedit in solitudine domum et habitacula in terra salsuginis. contempnit multitudinem civitatis et clamorem exactoris non exaudit. Ita claustralis onager est asinus. scilicet silvestris ferus homo gratie. scilicet mortificatione carnis. Iste liber est a curis et a strepitu mundi. et vincula mundi et peccati rupit

sunt in eo. Hic est alius quem dominus sol
uit precepto. s. a peccato. et per (Christum) in eum
sedit intrans ierusalem. Hunc habitantem
in deserto. Ad litteram. i. in solitu
dine. tam heremi quam animi. et ita con
tempnunt multitudinem. i. turbam que
xpm uidere non potest. Sed uocem exactoris. i.
uenti. non exaudiuit. Audiuit quidem ad
necessitatem et non exaudiuit ad uolup
tatem. Ventus pessimus exactor est qui cotidie
debita requirit cum usuris. Sed iustus eum non
exaudit. audit quidem ad necessitatem. et
ita requiescat dominus in hoc honagro. Sed a
uoce exactoris audiant et ad cupidi
tatem animum inclinent et cum delecta
tione. adimplebitur de eis quod dicit dominus
per ieremiam. Steterunt onagri in rupibus
et traxerunt uentum quasi dracones. defe
cerunt oculi eorum quia non erat herba. Onagri
sunt claustrales ut diximus qui stant in
rupibus. in eminentia. s. conuersationis
sed uentum quasi dracones trahunt quando tem
poralia concupiscunt sicut illi qui in templo
dixit se defixi. Et tunc oculi eorum. i. men
tis intuitus. quo serpentem eneum in ipsa
erectum. i. xpm in cruce contemplari
debuerant deficiunt et hebetantur. Sed
quare? Quia non est eis herba. i. refectio
spiritualis. quam propter temporalia que uenantur
dimiserunt. De uento pascitur draco.
sed per uentum que uana est temporalia. Per dra
conem aliquis qui se ex toto demittit ad

amplectenda. Dixit que moyses obab
filio raguel. id est iethro soceri moysi
qui filiam eius sephoram sororem huius s.
helyab duxerat moyses. Nota glosam
gregorii quod dicat quod iste helyab superbos sig
nat. quorum natura est ut si cedantur bona
dicta persuadentur eis de facili. si autem eis com
modum promittitur. non tam cito acquiescit
Vnde glosa gregorii. Facile elatio ad bonum
flectitur. si eius inflectio alius prodesse credatur
Vir igitur prudens. i. moyses. elato autem
auditori loquens solacium petiit ut daret
requirebat ducem in uia. cuius dux fie
ret ad uitam. ut per colloquium hoc illum
illum a gentilitate educeret. et deo domino
subiugaret. Igitur moyses in hoc
ut superbus auditor uoci ad meliora
suadenti eo magis fieret deuotus quo
putaretur necessarius. et unde exhorta
torem suum procedere crederet. inde cibum
exhortantis inclinaret. Eo modo ut mo
yses hic alium commendauit paulus galathas
dicens. Testimonium perhibeo uobis. quod si fi
eri. et. d. m. Profecti sunt ergo de monte domini.
De monte perficisci debemus. s. de ecclesia.
Via trium dierum. s. contritione. confessio
ne. satisfactione. Vel uia trium dierum
est fides trinitatis. uel fides incarnationis
tribus temporibus habita. sed in tercio mani
festata. Archa federis domini. id est incar
natio xpi per quam reconciliati sumus deo
precedebat eos. Cum autem non dominus credit cuncta.

xxxi capitulo

7c. Nubes quoque domini super eos erat. 7c.
Ea proculdubio dei per gratiam electos defen
dit 7 ad veram quietem custodit. De hoc
ysaias. Sicut aves volantes que volli
tant super nidum suum ut protegant pul
los suos. proteget dominus iherusalem. protegens
7 liberans. transiens 7 salvans. Idem in.
Tabnaculum erit in umbraculum diei
ab estu. i. securitate 7 in absconsione a tur
bine 7 a pluvia. Cum elevaretur archa
dicebat moyses. Surge domine. Hoc de
bet dici in principio cuiusque bone acti
onis. quia semper diabolus tunc hominem in
petit. Unde. Iuxta iter scandalum posu
erunt mihi. Cum autem deponeretur archa dicebat.
Hinc est quod in processionibus quisque chorus
exit ab ecclesia psallens. siue prosas. et reu
ertitur cantans. secundum illud. Euntes i
bant 7 flebant mittentes semina sua. Venientes
autem ve. 7c. Interea ortum est murmur.

Contra claustrales

Hoc contra claustrales murmurosos 7
scismaticos. quod valde periculosum est in
claustro. Vel contra murmurantes in ecclesia
contra prelatum suum vel magistrum. Unde apostolus
ad corinthios prima. Neque murmuraveritis
sicut quidam eorum murmuraverunt 7 perierunt ab
exterminatore. Item ad philippenses.
Omnia autem facite sine murmuratione 7 hesi
tatione. ut sitis sine querela 7 simplices
filii dei. Et accensus est in eos ignis.
Id est pena gehenne. que est accensa. Unde
Ignis accensus est in furore meo. sicut
legitur in cantico deuteronomii. Unde

apostolus ad hebreos. Terribilis est expectatio
iudicii. 7c. Devoravit extremam partem
Id est malos. propter malum finem. quia secundum
finem iudicat deus. Unde in ecclesiaste. Ubicumque
ceciderit arbor ibi erit. sive ad au
strum. 7c. Et in genesi. Ipsa conteret caput tu
um. 7 tu insidiaberis calcaneo eius. Et absortus
est ignis. Hoc modo prelatus rubore
posset incutere in frontibus metallum
unde erea esset eis. quia cum peccata populi
comedant. 7 ita eos ab igne concupiscentie
peccati educere debeant per obsecrationes suas. ipsi
potius ad inquietatem animas eorum sublevant.
7 ita ignem luxurie 7 peccati. que exem
plo sancte conversationis. 7 cibo predicationis
extinguere deberent. dissolu
te 7 inhoneste vite sue fetore ac
cendunt. contra quod in epistola canonica iude. Hii
sunt in epulis suis macule. 7c.
Et post laudat bonos. dicens quod multa
bona faciunt in terris. hoc est unum
quosdam rapientes ab igne. Recorda
mur piscium quos comedebamus in egipto.
7c. Per istos murmurantes in deserto.
quidam claustrales accipiuntur. qui deberent
esse in deserto animi sui 7 heremi. cum
mente redeunt ad ollas carnium in
egipto. i. ad delicias seculi quas reliq
uerunt. cogitando de eis 7 captando
eas. De his gregorius super illud iob. Esse
sub sentibus delicias reputabant
filii stultorum 7 ignobilium. In glosa
ait. Carnalium mentes bona quidam

q̃ mollia 7 delectabilia terre sa
tagunt. parate sr̃ dū in hac uita re
rū culmina apphendere conant̃. Cessa
tionē a mundi labore. dn̄s impat
q̃etis dulcedinē psuadet. 7 tn̄ inq̃z
mens pl' alleq̃ aspa carnalia qm̄ te
nere blanda sp̄ualia gaudet. pl' acer
bitate fatigabit. qm̄ q̃etis dulcedīe
pascit'. Hinc idē gg̃ alibi. Isr' custodi
am sabbi accepit in munē. egipt' p
sta ē miseriaꝝ multitudine. Hec sunt
te insolentes. De hoc uero sup illud ls
a. In iniq̃tate uidi tentoria ethiopie
7c. sic ait. Vidi hoīes maria tns̄ire
et potentū scpare fores. 7 pati oīa q̃ ser
uoꝝ conditio ipe patit'. ut diuitias ul'
aliq̃m dignitatē accipiant. Qm̄ cū fu
erint assecuti. tdunt se luxurie 7 uo
luptati. Ut luxria 9sumat qd auaritia
9gregauit. 7 q̃s latro in carcere. sic me
tu iudicii suspirant. Itē iob. Esse sub sen
tibz diuitias reputa. Hoc p' est uerbe uge
maloꝝ. qr sentes q̃ pungunt [illegible]
bit' mali. q̃ uiuere in punctis 7 sol
licitudinibz curant. 7 laboꝝ carnali
ū delicias reputat ipse mali. Itē osee
Effraym uitula docta diligere triturā
Ita carnales. q̃ uitule in feminino
9pant'. qr molles 7 fluxi 7 feminei.
7 diligunt triturā. i. laborē 7 solli
citudinē carnalē. Itē in trenis. Inebri
auit me absinthio. Ab gg̃. Ebri' qd patit'

nescit. Absinthio g̃ ebri' ē. q̃ amarita
dinē q̃m tolerat ignorat. Tales sunt carnales
sic̃ isrlite. q̃ dū refectionē manne
perciperent desup. ab egipto ollas carni
um. pepones. porrosq̃. cepasq̃. cupi
ebant. Sic erat eni gnm manna sua
uissimi saporis. 7 ad refectionē uite
intioris bene uacantibz dat' desup.
Olle carniū carnalia desideria. uix ebu
lationib' q̃ igne excoq̃nda. Pepones. ē
uenas dulcedines. Porri 7 cepe. q̃ cū
lacrimis comedunt'. difficultatē uite
psentis. q̃ n̄ sine luctu agit'. 7 tn̄ cū la
crimis amat'. Manna g̃ deserentes cū
peponibz 7 carnibz. porros cepasq̃ q̃
sierunt. qr puise mentes. dulcia dona
p q̃etē despiciunt. Et p carnalibz opibz
laboriosa hui' uite itinera 7 lacrimis ple
na 9cupiscunt. 9tempnunt hr̄e ubi spu
alit' gaudeant. 7 desidantes appetunt
ubi carnalit' gemant. Aīa nr̄a arida ē.
Hoc cont' scolares delicatos sacrā scpt'
am fastidientes. 9 q̃s dr̄. Omnem escam
abominata ē aīa e. Id ē. sacrā paginā q̃ ē
oīs esca. i. pfecta. Et qd seq̃t'. appropin
quauerunt usq̃ ad portas mortis. Timendū ē g̃
talibz. Sicut semen coriandri. Qd al
bū est. in q̃ candor uirtutū notat'
Coloris bdellii. Nota sacram scpturam e
legant' bdellio comparari. ppt' eius pp̃e
tates pdictas. qr sac' scptura ē arbor cui'
fruct' in cibū. 7 folia. i. uba in medicinā

ſ; tn̄ amara ⁊ pungitiua. ⁊ ē mag
nitudine oleagina qr ad miſericordiam
inuitat. q̄ p oleū. Lacrima lucida p
exempla ſcōꝝ. qr ibi ē gutta amara
qr ad contritionē ⁊ ꝯpaſſionē puocat
maiorē tn̄ ſaporē hꝫ qm̄ uino ꝯpū
ctionis oleum compaſſionis ⁊ miſē
ſe īmiſcet. Hoc ḡnū mola lectōnis
debet frangi. tendū ē pilo diſputa
tōnis. coquendū in olla caritatis
p aſſiduitatē meditationis. Itē
Manna coq̄bat. ⁊ ei ſapor appare
bat. ita ignis t̄bulatōnis uim cibi
de in hoīe apparere facit. Vn̄ ḡḡ. Si
cibus dī in corde ſigit. t̄bulationibꝫ
pbat. Itē. Manna habuit ſaporē
ſimile cū melle. In q̄ dulcedo nota
refectōnis in sacā ſcpta. ut dixim̄.
q̄ uū hꝫ ſaporē mellis ꝓpt dulcedi
nē ſpiritalis intellectꝰ q̄ in ea ē. Vn̄
q̄m dulcia faucibꝫ meis elo. t. ſ. m.
o. m. It. Deſiderabilia ſr̄ auro ⁊ la. p. ⁊ c.
Saporē hꝫ ſilē cū melle. i. dulcedi
nē ⁊ utilitatē. qr omē tulit pun
ctū q̄ miſcuit utile dulci. De refe
i deutro dōne ſcptē dr̄. Non ī ſolo pane
uiuit hō. ſ; ex oī uerbo q̄ pcedit de ore
dī. ⁊ c. It. hic ē panis q̄ ꝯfirmat
cor hoīs. De utilitate dr̄ in apl'o.

Oīs doctrina utilis ē ad arguendū. ad
īcrepandū. ad docendū. Et dr̄ oīs doct
na ſcriptura theologica. q̄ ē oīs. id ē
pfecta. Hinc ē q̄ ꝯgr̄e dr̄ habuiſſe
omnē ſaporē. It. ſapor panis oleati
ē in sacā ſcpta. panis reficit. oleum ſanat.
Vn̄. Non herba. n̄ malagma. ſanat
eos. ſ; ſermo tuus dn̄e q̄ ſanat oīa.
It. illuminat. Vn̄. Lucerna pedibꝰ meis
uerbū tuū. ⁊ c. Reficit l' paſcit. qr ele
moſina animam reficit. Sacā ḡ ſcpta
hꝫ ſilitudinē panis oleati. qr sacā ſcp
ta nos ad opa miē inuitat q̄bꝫ reſi
cim̄. Itē. Nocte iacuit manna p circ
cū caſtrorum. P nocte t̄bulationem
p qm̄ intellectꝰ sacē ſcpte capit̄. Sed
notandꝰ q̄ legit̄. qd manna iacuit ci
rca. Manna ḡ cū rore deſcendit. qr
intellectꝰ sacē ſcpture ex gr̄a pueni
It. legit̄ in exodo qd manna iacuit
p circuitū caſtroꝝ. qr sacā ſcpta undi
q̄ nos ptegit. Vn̄. Oīs ſermo diuinꝰ
ignitꝰ ē. cli. ſpe. ī ſe. Audiuit ḡ moy
ſes flentē pplm. ⁊ c. Moralr̄. iuxta
litteram p totū h capitulū. attendē dib
genr̄. qm̄ habundantē curam ⁊ cari
tatē habuit moyſes. Vt exemplū ab
illo ſumant plati. Et dixit. Cur affli
xiſti ſeruū tuū. Afflictionē populi

suã p̃pãi estimabat. Hũiq̃d concepi
omnem multitudinẽ hãc ꝛc̃. Aclidicitr
tu dicis ꝛ ꝑcipis m̃ portare eos. tanto
affectu acsi genuert̃ omnes. dicens. Porta
eos in sinu tuo. sicut portare so
let nutrix infantulũ. Hic p̃ agiosa
affect⁹ veri p̃lati. h̃ descbit̃. Vñ apl̃s
ad thessal. p̃ma. Facti sum⁹ tanq̃ par
uuli ī medio ur̃i. ca. iii. fo. f. f. ꝛc̃
Itẽ moyses malebat mori q̃m uide᷑
afflictõne popli sui. Vñ seq̃t̃. Sina
lit̃ ī uideã ꝛc̃. Dixit dñs ad moysẽ
Congrega m̃ lxx uiros ꝛc̃. Q̃s nosti
ꝛc̃. Greg. Pphie spũ. qr senes meu
te. non dico corpore. s; mor̃ g̃uita
te. Vt temp⁹ non sonet in tẽp⁹ leta
tẽ. s; in mentis ꝯlitatẽ. ꝛ ita senes
dicunt̃ soli morigati. Vñ ī ecc. Se
nect⁹ uenabilis non diut̃na. neq̃ ā
nor̃ nũo ꝯpu. Itẽ. Cani st̃ sens⁹
hoĩs. ꝛ uita senectutis uita īmaclata
Sic tales debent fieri p̃lati alior̃. Nõ iu
uenes q̃ nulla consilii g̃uitate p̃
munit̃. Itẽ ecc. Iuuenc⁹ q; dr̃ in malo
Vñ roboam qr acq̃euit ꝯsilio iuue
nũ. amisit regnũ. Q dicunt̃ ibi
iuuenes q̃ nulla ꝯsilii l' mor̃ g̃ui
tate p̃muniũt. De q̃b; dr̃. Maledict⁹
puer centũ annor̃. Itẽ ysaias. Defi
cient pueri ꝛ laborabit. Stare debẽt

p bonã ꝯuersatõne ꝛ sollicitudinẽ in ecc̃
p̃lati. non iacẽ p torporem. Vñ iezel.
Non stetistis ex aduso ꝛ nõ posuistis uos
murũ p domo dñi. Vñ ysaias. Sup
speculã meã ego sũ stans ꝛc̃. Poplo q̃
dices. Scificamini. i. mundate ꝛ
pate uos. Vt det dñs uobis carnes
Multoc popl's comestur⁹ carnes scifi
cati ꝑcipit. Multo forti⁹ q̃ corp⁹ dñi
ẽ accepturi⁹ ab oĩ labe; p̃gand⁹. ut ue
niens dñs patam meo inueniat
mansionẽ. Itẽ. Hic dat̃ nobis exem
plũ ꝛ doctina qd' escam corpalẽ p cep
tã scificatõne bndictõius p̃mitte
debem⁹. ne diabol⁹ nos in cibo decip
at. p qd' p̃mos parentes suggilla
uit. Donec exeat p nauseam. Hoc
dr̃. q̃tũ ad gulosos. Aufer̃ de spũ
q̃ erat in moyse. Vñ. q̃ polistaciam
meã ad auxtam. Venit moyses ꝛ
narrauit poplo ũba dñi ꝛc̃. Q's do
ctor ecc̃. si de pfundioribus mult'ius
tractat. ꝛ occulta sapie pfert. int⁹
ẽ. Cũ ii ad c̃tas loq̃r q̃ pficiunt his
q̃ foris st̃. ꝛ q̃ uulg⁹ p̃ audire. foras ad poplm
exit. ꝛ loq̃t̃ ũba dĩ. Int⁹ erat paul⁹
q̃n ait. Sapiam loq̃m̃ int̃ pfectos.
ꝛc̃. Ad poplm exiens ait. Oĩs smo
mo mal⁹ nõ pcedat de ore uro. Cũq̃
requieuisset. Moralr̃. Sp̃c sĩt in q̃b; dã

requiescat. per opera et virtutes. Unde. Ego et pa-
ter veniemus et mansionem apud eum faciemus.
Hoc non tantum est in bonis. quamquam contri-
stantur et conturbantur in hospicio mentis. scilicet per
veniale. hoc fit in imperfectis. Unde apostolus
Nolite contristari spiritum sanctum in quo signati
estis. Quamquam expellitur per mortale. Scri-
ptum est enim eicitur quando non admittitur hospes.
De hoc dicitur super illum locum ysaie. Appre-
hendent .vii. mulieres virum unum in
die illa. et cetera. Sequitur. Aufer obprobrium
nostrum. Hoc dixit christo septiformis gratia.
Glosa. Obprobrium enim spiritui sancto est quando
effu effugatur a corde hominis per peccatum.
Unde notatur quod requiescat spiritus sanctus in ali-
quo per bona opera. tribulatur per venialia.
effugatur per mortalia. sicut ergo fumus et
vagitus parvulorum tribulat hospitem. non
tamen fugat. sic veniale spiritum sanctum. et quia
in domo ubi hec sunt. non plena requies
est. ideo in solo christo qui nec veniale
nec mortale habuit. dicitur requievisse et
mansisse spiritus sanctus. Quid tu inquit emularis
pro me. Hoc contra iudeos et carnales qui li-
vore macrescunt. Unde. Invidus alterius
rebus macrescit opimis. De hoc gregorius. Pra-
mens pastoris. qui non propriam gloriam
sed auctoris querit. ab hominibus imitari vult
in eo quod facit. fidelis enim predicator op-
tat si fieri valeat ut veritatem quam
solus loqui non sufficit ora cunctorum so-
nent. Unde subdit. Quis tribuat ut omnes
prophetent. Quasi dicat. prophetare omnes volui
quoniam bonum quod habetur non invidetur. De hoc
apostolus ad philippenses. Sive per veritatem sive
per occasionem annuncietur christus. in hoc ego
gaudeo et gaudebo. Hic ergo eliditur cupidi-
tas cum invidia. Unde ad galathas. Non effi-
ciamini inanis glorie cupidi. invicem provo-
cantes invicem invidentes. Item ad thessalonicenses
prima. Prophetias nolite spernere. Spiritum nolite
extinguere. Item ad corinthios prima. Si autem
revelatum fuerit sedenti. prior taceat. Item in
apocalipsi legitur quod iohannes vidit .iiii.
angelos. scilicet demones. tenentes .iiii. ven-
tos. scilicet predicatores ne predicarent. sed dominus
vult eos predicare. diabolus nequaquam.
Ventus egressus a domino arreptas trans
mare coturnices detulit et cetera. Augustinus. Per
hoc quod carnes dedit eos pavit. Per hoc quod
aves ad celestia invitavit. Unde glosa
Quia volucres comedunt ab imis ad supe-
riora levari monentur. ut semper celesti-
a petant secundum illud apostoli. In carne ma-
nentes non secundum carnem militamus. nostra
autem conversatio in celis est. Unde. Que sursum sunt
querite non que super terram. Ideo dicitur in missa
Sursum corda. Item. in libro sapientie. Pro
quibus tormentis bene disposuisti sepul-
chra concupiscentie. Talis est habitatio malorum. id est
carnalium. Unde. Qui habitant in sepulchris.
Item. Sepulchrum patens est guttur eorum. et cetera
Glosa. Terciadecima mansio est in se-
pulchris concupiscentie. ubi populus fastidiens

celestem panem. carnes egiptias desiderauit
multosque subito uorauit incendium
in quo docemur ut conuersationem seculi relinquamus
nec egiptias ollas. id est carnalium desideria
cum seruorum. non murmuremus contra cele
stem panem. non ~~concupiscentia~~ eiulationem egiptiorum nec
ollas manducare carnium. sed simplicem
manne cibum. id est puram celestemque ui
tam agamus. Si enim post acceptam gratiam
in uita et in doctrina. rursus carna
les seculi uoluptates et concupiscentie
pristine nauseam appetimus. statim igitur
ne dum torquebimur. desideriique nostri
ducimur in tumulos. ut simus sepulcra deal
bata. que foris apparent speciosa intus
autem plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia.
Locuta est maria et aaron contra moysen
et cetera. Egredimini uos tantum tres ad tab
ernaculum et cetera. Nota quod dominus correpturus
eos. secreto uocauit eos. in quo notatur quod
si peccauerit in te frater tuus. corripe eum
inter te et ipsum solum. Ore enim ad os loquor
moysi. et cetera. id est aperte. unde subdit. Et palam
non per enigmata. Sed intellectuali uisio
ne que est excellentissima species uisio
num. et ita nolite putare quod ita locutus sit
nobis quemadmodum illi. Ex hoc loco obici
tur nobis inuidiose. Deus locutus est moysi
palam et non per enigmata. et eodem modo locutus
est nobis moyses ut nos eo modo intelligamus
modo quo moyses. quod non est nobis concedendum alte

gorie. non alius intellectus quam litteralis. Reuera
moyses aperte accepit. quia spiritualiter intel
lexit. sed quia alii capere non possent mi
steria. utpote in animo tecta. ideo ueritatem
figuris texit. Preterea non dominus semper locutus
est palam. immo per figuras ut cum tabernaculum
in monte monstrauit. et ita non semper
sunt ubique allegorie. nec semper ubique plenus
intellectus. Quare non timuistis detrahere
seruo meo et cetera. Hoc contra iudeos et detracto
res dicitur. Ecce maria apparuit candens
lepra. id est deuorauit eam lepra. Sed cur non
punitur aaron. cum hic et ubi fecit uitu
lum arguatur. Solutio. Propter dignitatem
prelationis. ut timeatur. scilicet ab aliis. propter hoc
parcit deus quandoque ut non puniat prelatos
temporaliter eo genere pene quo punit alios
sed eo magis si non peniteant punientur e
ternaliter. Moraliter maria detrahens moysi
percussa est lepra. in quo detractio elidit. Unde
glosa origenis. Audite quantum beneficium
conferat obtrectantes. numquam inuenimus
deum tantum laudasse moysen quantum tunc
quando detrahitur ei. Item. Scriptura sacra sermonibus
ueluti gladius utrimque acutus. obtrectandi
et derogandi uitium resecatur. leprosi enim quasi
quidam detractantes et cacologos. id est male
loquentes. Unde. Detrahentem secreto proximo suo
hunc persequebar. Item in parabolis. Qui detrahit alicui
rei. in futurum se obligat. id est ad penam
eternam. Item ad galatas. Quod si inuicem

mordetis, et comeditis. uidete ne ab in-
uicem consumamini. Qui irrisorie dicit contra
adulatores. Item in deuteronomio. Non
offeres domino in mercede prostibuli, nec pretium
canis. Pretium canis domino offerre est bene-
ficium aliquod unde dominus laudandus esset offi-
cio adulationis acquirere. Item in prouerbi-
is. Sex sunt que odit dominus, et septimum dete-
statur anima illius. Et postquam enumerauit sex.
subdit. et eum qui seminat inter
fratres discordias. id est detractorem. Item apostolus
ad romanos. Susurratores et detractores
deo odibiles. Notandum adiectiuum.
Ecce maria apparuit candens lepra
Nube recedente maria leprosa effi-
citur. Timeamus ergo et nos ne forte fugemus
a nobis hanc nubem. male cogitan-
do et male loquendo et male agendo
et ita si gratiam fugamus appareat in no-
bis lepra peccati. Notandum quod super il-
lum locum. Cumque respexisset eam aaron
et cetera. est quedam glosa origenis que exponit
quandam auctoritatem salomonis obscuram.
que dicit. Laudaui magis mortuos quam
uiuentes. quibus et abortiuum conpares. bo-
num esse dicas super utrosque. et is qui nun-
dum natus est. optimus est inter illos. Mor-
tuus est qui opera penitentie et mortifi-
cationem sustinet contritionis. Viuus est
qui ut ait apostolus in deliciis uiuit. et ita

magis mortuus dici debet quam uiuus.
Talis ergo mortuus per penitentiam magis
laudandus est. quam talis uiuus per mortalem
diuitiarum affluentiam. Abortiuus significat illos
qui habent originale tantum. et isti meliores
sunt uiuis. quo ad hoc quod sunt sine actuali.
quod non illi. Is qui nundum natus est significat eos qui
nundum ad exclusionem carnalis natiui-
tatis uenientes. nulla super se ferunt mun-
dane uanitatis uitia. et ideo omnibus me-
liores sunt. Profectus que est populus de aseroth
et cetera. Aseroth interpretatur domus perfecta. et significat
integritatem et puritatem conscientie. Pharan interpretatur
os uisibile et significat predicationem. Quasi ergo dicit
id est ut uideas dominum. proficisci debes de domo
perfecta et integra. id est sana conscientia. In deserto
pharan. id est in os uisibile. id est in doctrinam que
per os significatur. Bene autem os uisibile. Vt quod
corde sonat in ore exprimatur in opere. Allegorice
os patris est filius. Vnde. Osculetur me osculo
oris sui. quod uisibile fuit quando uerbum caro fa-
ctum est. Quasi ergo est in aseroth. id est qui est in perfectione
uite. si uult perfectus esse oportet quod figat
tentoria in deserto pharan. id est ut imitetur
christum qui pauper uenit et mundum contemp-
sit. Vnde. Vidimus eum non habentem speciem neque de-
corem. et cetera ad literam. Mitte uiros qui conside-
rent terram. Exploratores sunt predicatores
qui debent explorare terram promissionis
superne. et bona patrie pre oculis habere

Chanaan. Qd commotio interpretatur. per quod uita
intelligitur eterna. que illorum est qui hic commouentur
ad penitentiam. De quibus apostolus. Quasi tristes semper
autem gaudentes. Interpretatur et commutatio. per quod il
li qui deuenerunt homines commutantur in nouum. et
ita commutant uitam. qui uolunt accipere uitam
illorum qui bene ministrant negocia ecclesie
qui sunt predicatores. Dicuntur et negociatores.
Chanaan enim negociator interpretatur. Illorum est et.
uita eterna quia eam precio comparant. Vnde iob. Diui
dent eum. scilicet uehemoth. amici. concident
illum negociatores. Item. Simile est regnum celorum
homini negociatori et cetera. De respectu uite eter
ne quem debent habere predicatores dicit iob
loquens de onagro per quem signantur predicatores
Circumspicit montes pascue sue. id est altitu
dinem contemplationis superne. et inuenta
quaque per querit. id est rancorem patrie commendat.
Vnde ysaias. Oculi eius cernent terram de lon
ge. qui licet de uia suspirat ad patriam. Sin
gulos de singulis tribubus. id est de singulis ordini
bus uirtutum et gratiarum. Ex principibus. Vnde Prin
cipes populorum congregati sunt cum deo abraham. Sed debent
esse predicatores de pharan. id est de uisibili
ut habeant os uisibile. id est ut quod
ore predicat opere adimpleant. Ascendite per
meridianam plagam. Id est per gradum acclamantem per
gradus caritatis ascendere debemus. Cum ueneritis
in montibus. id est in sanctis. ut possitis uidere
qualis sit terra promissionis. Hic ascensus prope
est. ascensus salomonis. quem fecit sanctus salomon. Hi sunt

cantica graduum. et gradus canticorum. Cumque uene
ritis ad montes. id est exemplo sanctorum perfectis
Verum fortis sit. Qd recta. Vnde paulus inue
ex populo terre illi dicit. Omnia possum in eo qui
me confortat christus. An infirmus. Quod uti
que est nam uirtus in infirmitate perficitur. Et il
lud. Quis infirmatur et ego non infirmor.
Si pauci numero an plures. Multi uoca
ti. pauci uero electi. Ipsa terra bona. Quod uti
que est. Vnde in genesi. Ysachar asinus fortis
uidit terram quod esset bona et requiem quod esset op
tima. et supposuit humeros ad portandum
Ita fecerunt sancti qui considerantes statum patrie p
ea laborant. Vrbes muratae. Muri sunt opera
bona. Vnde. Vrbs fortitudinis nostre syon.
saluator ponetur in ea murus et antemurale. Mur
quantum ad opera bona. Antemurale quantum ad bo
nas cogitationes. Nemorosa. Hoc est in
terior eterne iocunditatis. Erat tempus quando precoque
que uue. Per hec precoque peccatores maturi ad pe
nitentiam. Et nota hoc tempus bene conuenire
predicationi apostolorum. De his sicubi refertur. Precoque
desiderauit anima mea. quia peccatores maturi
ad penitentiam placent deo. Idem est quod iacob le
ue hedis uestiuit. Vel predicatorum tempus ta
le esse debet. ut semper anticipent alios in
bonis operibus. sicut uue precoque anticipant com
munem maturitatem. Vel genere que usque ad ter
rentem botri. Botrus est christus. Vnde in canticis.
Botrus cypri dilectus meus in uineis engadi. Hic
botrus qui effusus in salutem nostram sanguinis flumina

crucis christi contritione perfudit. et christus
suum passionis sue calicem propinavit ec-
clesie. Per torrentem passio christi designatur
unde. De torrente in via bibet et cetera. Et as-
signatur ibi ratio. Torrens ergo botri est pas-
sio christi. Unde helyas iussus est abscondi in
torrente. Ita christus in passione abscondit
se. quia potestatem deitatis ad tempus cohercu-
it. Unde abacuch. Ibi abscondita est for-
titudo eius. id est in cornibus crucis. Item
Vere tu es deus absconditus. Exploratores
ergo. id est predicatores semper venire debent
usque ad torrentem botri. id est ad memo-
riam et imitationem passionis christi. Ab-
sciderunt palmitem. Id est christum. quia ita me-
mores esse debent christi passi. ac si pre oculis
eum videant pati. De malis quoque granatis. que
diversas cellulas habent. et grana partim rube-
a partim alba et odoracia sunt. et febribus me-
dentia. Per mala granata ecclesia. Unde in canticis
Gene tue sicut fragmen mali punici. Grana
sunt fideles qui sunt bonus odor christi deo. Et bene ecclesia
per malum granatum intelligitur. Malum enim gra-
natum habet corticem amaram exterius. et interius diversas
cellulas ordinum diversorum. Alii enim mona-
chi. alii canonici. alii clerici. alii laici. Cor-
tex vero quo omnes simul contegit est unitas ecclesie
in qua omnes consistere debent prelatis suis obediendo
quod male observant illi abbates qui excep-
tiones ab episcopo suo a domino papa requirunt. De
granis rubeis et candidis dicitur in canticis. Dilectus
meus candidus et rubicundus. In ecclesia sunt rubei
per caritatem. vel martyrium coniunctum ad martyres
Albi per innocentiam. vel coniunctum ad confessores. Et
febres peccati in aliis exemplo illorum pro-
pellunt. Terra quam lustravimus. id est
eterna beatitudo. quam gygantes. id est demo-
nes nequicie spirituales nobis auferunt. De his
gygantibus dicit iob. Quis accipiet spolia
a gygante. id est a diabolo. Nemo potest intra-
re in domum fortis. id est infernum et vasa
eius diripere. id est fideles. nisi prius alligaverit
fortem. id est diabolum. Quibus comparati quasi locuste
videbamur. Si mali sumus nec christum in-
vocamus demones sunt contra nos ut gygantes
nos vero ut locuste. Si vero illi accesserimus
nos admonet dicens. Si dominus propicius fu-
erit nobis inducet nos in terram. et cetera
Tunc nos contra spirituales nequicias erimus quasi
gygantes. illi quasi locuste. Unde congrue se-
quitur. Ne timeatis populum terre huius. q.d.
Nos vincemus eum. Nota quod ihesus vult [illegible]-
ves mutabiles facere. vult dilectis gy-
gantes vincere. et de his qui in terris sunt
celestes nequicias superare. Hoc est fortis-
se quod dicitur. Qui credit in eum non solum faciet
ea que ipse facit. sed et maiora. Maius enim
tamen videtur si homo in carne positus fragi-
lis et caducus. fide tamen christi et verbo eius armatus
est. super demonum legiones. quam illius qui
sit qui vincat in nobis. plus tamen esse dicit
quod per nos vincetur. Sic omnis cogitatio.

motus et actus celestis. Quanto enim illuc ar-
dentius ascenderint. tanto illi precipitantius
descendent. Hoc significatum est per humilem
dauid. qui paruulus gygantem goliam interfe-
cit. Sicut panem ita possidebimus eos. et
c. hostes. s. et demones vel peccata sicut pa-
nem deuorauimus. quia dum frequenti peccati
meditatione discutimus et penitentia ea
consumimus. et per hoc anime nutrimentum pa-
ramus. Unde in psalmo. Dedisti eum escam po. eti.
Feriam igitur eos pessime et c. Hic ubi o-
stenditur comminatio domini. et post deprecan-
tis fiducia et postea exauditio domini vel flexi-
bilitas ad preces moysi. Et nota hic esse
prophetiam de duobus populis. Dimisi eos iux-
ta verbum tuum. Nota facultatem miseratio-
nis dei. Unde. Cum iratus fueris misericordie recordaberis.
Abacuc. Exploratores plani quorum dito
genia sunt. Mali. qui per eos intelliguntur qui
detraxerunt terre quam circuibant per quos illi
qui sciunt et non faciunt. immo quod plus est alios
detrahunt et ideo uapulabunt multis. Sed et boni qui per
duos signantur. s. iosue et caleph qui terram
quam uiderant commendauerunt. per quos illi qui
sciunt et faciunt. et alios exhortantur ad
bonum. et ideo semen eorum. i. talium opera
et ipsi per opera possidebunt terram uiuenti-
um. Quam amalechites. In hoc attende
immensam dei clementiam. quod licet iratus eis
promittit tamen eos ne in prelio caderent.
Unde. Cum iratus fueris et c. Et in psalmo Numquid
obliuiscetur misereri deus aut continebit in ira sua mi-
sericordias. Super quam leuaui manum meam
idest quam me daturum uobis promisi et iuraui

quod qui iurat manum leuare solet. In solitudi-
ne hac iacebunt cadauera uestra et c. Notandum
ex glosa. Cadauera dicuntur malorum. i. ipsi
mali. qui fetent et computrescunt ut iumenta
in stercore suo in sepulcris concupiscentie. In
solitudine. i. in mundo sterili ab omni bono
sic deserto. Unde ieremias. Vide ubi prostra-
ta sis. Annus pro die reputabitur. Hic nota-
tur dei iustitia. Econtrario notatur dei misericordia in
iezechiele ubi dicitur. Diem pro anno dedi tibi.
De hoc origenes in glosa. Timeo hoc
misterium discutere. uideo quod in eo comprehen-
ditur ratio peccatorum et penarum. Si enim cuili-
bet peccanti annus ascribatur ad penam pro
peccato unius diei. et si secundum numerum
vel rationem dierum quibus peccatur totidem an-
norum numerus in suppliciis consumatur. ue-
reor ne forte nobis qui cotidie peccamus
ne ipsa fortasse secula aut etiam secula seculorum
sufficere possint ad penas luendas.
Et notandum quod in fine huius glose dubi-
tat origenes utrum in futuro sit aliqua recom-
pensatio bonorum operum. sed obicit cum pec-
catum sit breue et momentaneum quid est
quod dominus punit pro eo hominem eternaliter. Videtur
in hoc pronior ad dampnandum quam ad miseren-
dum. Redeo. In peccato sunt duo. unum quod cito
transit et desinit. s. actus. et aliud quod surgit quedam
deformitas. s. reatus qui est eternus. ideo pena eter-
na. Unde gregorius. Quia homo peccauit in suo eterno
punitur eternaliter. Cuius est sensus. Quicumque morta-
liter peccat hunc lacum se ingerit quantum in
eo est ut peccet in eternum. quia induat se in hanc
necessitatem ut numquam resurgat quantum in

eo est. Igitur in suo peccato eterno.
Item. Ad preces moysi reconciliatus est
populus. multo forcius nos reconcilia
bimur qui ihesum christum aduocatum ha
bemus. Iosue autem filius nun. et cetera.
Mistice. Per hoc datur intelligi quod
conuersio in presenti uita celerem fa
cit medicinam. et penitentia fru
ctuosa. que non solum uulnus sanat pec
cati. sed ulterius non sinit animam peccato
uulnerari. uel mori. Unde salomon. Ma
licia unius hore ablutionem facit mag
ne luxurie. Malicia dicitur amaritudo
contritionis. que delet peccatum. In uertice
montis. Per superbiam. Parati sumus as
cendere. Tarda obediencia. Tarde uenere
bubulci. Quia peccauimus. Ideo scilicet quia as
cendere noluimus. Contenebrati. Ne
quicia mentis excecati. Ascenderunt
per superbiam. Rabanus. O mira peruersitas
humane mentis. et horrenda stulti
tia cecati cordis. mandat dominus promis
sionibus suis credere et de sua potentia
confidere et sic terram intrare. humana
stulticia diffidit et salutaria monita
respuit et cetera illud. Quinimmo in uerticem et cetera.
Item gregorius super iezechielem de hoc loco su
mens materiam loquendi dicit. O ineffa
bilia pietatis uiscera. cum eis non erat ut
uincerent. cum eis erat ne perirent. Si enim a
est delinquente populo irata. si eum in precep
tis prospexerit. accurrit manum tendit
ire oblita pietate plena. Amalechi
tes quod interpretatur lingens sanguinem. id est animas

sitiens. Unde. Inimici eius terram lingent. Et mi
cheas. Lingent puluerem sicut serpens. uelud
reptilia perturbabuntur de domibus suis
Hic uita malorum et finis ostenditur. qui in pre
senti auidi et dissoluti et callidi. sicut serpen
tes puluerem temporalium lingunt et appetunt
Sed in futuro quasi reptilia perturbabuntur. cum au
dientes uocem tube surgent de sepulchris
maledictionis sententiam audituri. et quasi
reptilia in gehennam precipitandi. Et cha
naneus. Qui negociator. uel motus. per quem diabo
lus qui est negociator. pro pulueribus temporalium animas
comparans reproborum que uendunt eas pro modica
et breui uoluptate. Unde legitur de achab
quod uenditus est ut faceret malum coram domino. Item
de auaro dicitur. Auaro nichil est scelestius et cetera.
Item ysaias. Quis cecus nisi qui uenundatus est.
Item. diabolus dicitur. motus. actiue et passiue
quia nos mouet ad peccandum. et mouetur
quia circuit querens quem deuoret. In uertice
montis. scilicet superbie. de quo iezechiel de
[illegible]. Et in montibus non comedit. et cetera.
Recesserunt de castris. Que erant in ual
le. Unde. Super quem requiescet spiritus meus
nisi super humilem et quietum. Superbum enim sequitur
humilitas. et humilem suscipiet gloria.
Qui habitabant in monte. Nota quod a
malechite et chananei habitabant in
montibus. ita diabolus in potentibus
et superbis huius mundi. Unde iob. Mon
tes huic ferunt herbam et omnes bestie
agri ludent ibi. Hinc est quod eufrates cir
cuit babyloniam. ita habundantia
secularis defluit in confusionem eternam.

Percutiens eos. per mortalia. Atque conte-
rens. per distractionem in plura peccata
vel per eorum repetitionem. Unde in fine ysaie.
Serpenti pulvis panis eius. Pulvis di-
minutus est. panis masticatus. cum diabolus
incorporat diminutos et dissolutos per va-
ria peccata. De hoc iterum ait iob. Fenum
quasi bos comedet. Bos prius fenum transgluti-
at. et postea revocat ad ruminandum. Ita dia-
bolus paleas. id est leves. viles. steriles et aridos
ab humore gratie per peccatum prius illos
glutit diabolus in culpa. in futuro rumi-
nabit eos in gehenna scilicet in pena. Perse-
cutus est eos usque horma. Quod anathema
interpretatur. Et diabolus tam diu et eo usque pec-
catorem persequitur quousque illum duxerit illuc
ubi auditurus est sententiam excommunicationis
eterne. Ite maledicti et cetera. Et zacarias in
fine. Et anathema non erit amplius. Cum
ingressi fueritis terram habitationis vestre. Mi-
stice terra habitationis est ecclesia triumphans
ubi sunt cives et inquilini et mansionarii.
Ecclesia vero militans est terra cursorum. quibus
hic sunt peregrini. Et feceritis oblationem
domino in olocaustum. Vos ipsos deo ex
toto in ara mentis immolantes. quod
fit in claustro. et quod faciunt contemplativi.
Vota. Ad que tenemini. Vel sponte
ut opera supererogationis. Aut in sollemp-
nitatibus vestris. Adolentes odorem suavi-
tatis domino. Odorem bonorum operum. et oratio-
nis et hec debemus offerre deo in diebus
festivis. scilicet tunc precipue opera nostra grata
mus deo in fervore. triplici de causa.
quia bonis nostris abutimur. scilicet dotibus corporis

quibus dominum per luxuriam impugnamus. tunc quia de
bonis ecclesie quibus luxuriam nostram nutrimus
superbientes deo ingrati sumus. tunc quia iudai-
zamus in festis nostris potius gule et ventris
quam mentis refectionem querentes. in delica-
tis et exquisitis cibis. vinis. electuariis. Contra quos
iudas in epistola canonica. Hii sunt transeuntes gratiam
domini nostri ihesu christi in luxuria. in epulis suis
macule et cetera. Quod nequaquam fecit thobias qui
cum a prandio parato surgens in tectum se-
pelivit hebreum. Legitur et de eo quod come-
dit panem in luctu memorans illud
amos. Dies vestri convertentur in luctum. De bobus.
scilicet operibus fortitudinis. Seu de ovibus. Operi-
bus simplicitatis. Sacrificium simile. Simi-
la est farina delicata excusso furfure
elationis. Et nota quod maior mensura
vini in sacrificio bovis. quam arietis vel
agni. Secundum litteram. qui maior vel minor fuerit
gradu magis vel minus debet penitere. Maior
enim penitentia maioribus incumbit. id est for-
tius prelatis quam aliis simplicibus. Sic enim
convenit in gradu. Ita in distributione et compunc-
tione. Hoc est quod dicitur. Quanto maior es. hu-
milia te in omnibus. Hinc est quod dicitur. Domus
levi. clerici. aries. benedicite domino. Domus
aaron. Prelati. boves. benedicite domino. Ti-
mentes dominum. laici. agni. benedicite domino. Et
[illegible] benedicite. sic hic tres oblationes. Ag-
ni. Arietis. Bovis. Tam indigene.
quam peregrini eodem ritu offerant sacrificia.
Hoc contra claustrales quosdam superbos de
vita et conversatione bona. Et obiciunt quia
tam indigenis. Id est qui ab infantia in
claustro fuerint. et nunquam per peccatum recesserint

ter

Qui peregrini sunt qui peccauerit. et post pec
catum ad claustrum se transtulerit ne
cessarium est remedium penitentie. Vel
indigene. clerici. Peregrini laici. Vel
indigene. quicumque per mortale non cadit
Peregrinus qui postquam lapsus per penitentiam surgit
Omnibus necessaria est penitentia quantumcumque
sint sancti. Locutus est dominus et cetera. Cum uene
ritis ad terram quam dabo uobis. Id est
ad contemplationem rerum ueritatis per fidem ope
rantem per dilectionem. Et comederitis
de panibus et cetera. id est in bonis operibus uos
exercueritis. dare de omnibus primitias
domino. Tam de areis quam de pistrinis
ut tam communia opera que per fruges
siue per areas intelliguntur. quam pri
uilegiata opera. siue maiora. que per pis
trinum. ea deo attribuatis. quia cum ueni
mus ad contemplationem rerum tam maiora
quam minora opera. tam principalia quam
sint deo debemus attribuere. ne cum
pelagio heretico tantum caudam offe
ramus. Et nota quod area plana est et lata
et in ea fit tritura. quia cum serenitate
conscientie. et caritatis latitudine. et cum
timore debemus deo seruire. Quod si per ig
norantiam preterieritis quicquam et cetera. per ignoran
tie peccato. Offerant uitulum de armento. Of
ferre uitulum debemus. quia passionem
christi debemus credere et in mente habere
ac si uidere eum pati. Debemus et offer
re libamenta. sicut cerimonie ex
postulant. id est ritus cerimoniales. quia cum
sinceritate mentis. et deuotione cordis

que sunt libamenta. Sic sacerdos semper debet
in missa offerre christum. Tunc quoque
altaris sectis missarum. Vt cerimonie
postulant. id est tam digne quam digne
sacramenti sublimitas requirit. Cum libis
id est puritate et sine admixtione [illegible]
[illegible]. Et incensum. Glosa. Orationem
cum ieiunio et elemosina. Hircum id est
christum. id est quod immolatur quia habuit simi
litudinem carnis peccati. Quod si anima una
nesciens peccauerit. offerat capram. Pro
peccato debemus offerre capram. que scanda
est. id est penitentiam. quia peccatum facit nobis
fetere. ex qua nascitur hedus capidus. id est pec
cati exprobratio. que deo multum est accepta. Et
anniculus debet esse propter. iiii. tempora anni
quia debemus penitere de cogitatione. lo
cutione. opere. consuetudine. Tam indi
genis quam aduenis. una lex erit omnium qui
peccauerint ignorantes. In hoc notandum quod
in satisfactione iniungenda nulla debet
esse personarum acceptio nec in peccato scando
sed iustitia innotescenda domini ut pau
peri. regi ut seruo. quia in omni gente qui
fecit uoluntatem dei. hic acceptus est illi.
Anima uero que per superbiam aliquid fecit. Pro
superbia in lege morte multabantur. hoc
fiebat ad detestationem superbie. Augustinus po
nit aliam litteram in glosa. Illa anima que
peccauit et cetera. Qui peccat in manu super
bie hic dominum exacerbat. contritione gladii
animadue. Hoc est ualde a terret. id est ualida
contritione opus est illi qui per superbiam peccauit
et iram aggrauat iterum peccatum superbie

a quaternio seems
to be wanting here
Quaternus 3

factū est aūt cū eēnt in solitudie. 7c̄
Recluserūt eū. 7c̄. Mystice. Colliges
ligna in sabbo figurā gerit illoꝝ q̄
tempore isto q̄ feriandū eēt a malis
ligna. i. carnalia opa colligunt. q̄ sc̄
esca ignis etni. Per hic noīe lignoꝝ p̄
ccā mortalia intelligunt. Vel alit̄ mo
ralit̄. In claustro sunt q̄dam tumul
tuosa. Ut illoꝝ qui 7 si requiescūt corpe
tractant tn̄ negocia scłi mente. Et tales
colligunt ligna in sabbo q̄ in uita clau
strali carnalia opa faciunt. Vl mente ex
cunt. 7 potes tiscurrere p̄ uicia. ut
inuidie. supbie. cupiditatis. detractionis
7 odii. Talia sabbata sc̄ tumultuosa
de qbȝ ierem̄. Viderūt eam hostes. 7 de
riserūt sabbata ei'. Sed hoꝝ sabbata
sc̄ delicata q̄ qescūt mente sic̄ 7 cor
pore. Vn̄ ysaias. Si auerteris a sabbato
pedē tuū. ne. s. mente vl affectu uo
les sabbm religionis. uocabis sabbm
delicatū dn̄o. Item ierem̄. Si n̄ audie
ritis me ut scificetis diem sabbati. succ
cendam ignē in portis urbis. 7 ne por
tetis p̄ portas 7c̄. Inferunt ignē die sab
bati p̄ portas q̄ die sollempni supant
se ad peccandū. Ut. tj. locunt 7 parāt
q̄ faciant in festiuitibȝ. Loquere filiis isrl̄. ut
faciant sibi fimbrias p̄ angulos palliōꝝ
Palliū ẽ ornat' uite religiose. Iudi
ei. i. recte ofitentes debent iā pal
lio q̄drato. ut habeāt uitā religio
sam. uirtutibȝ q̄dratam. Ad litam q̄
temporis habant pallia q̄drata in
qbȝ iiij. angulis debent eē fimbrie

ut 7 minima pcepta legis obseruent
q̄a ut dicit ecc. q̄ minima spnit paulla
tī defluit. Vel p̄ fimbrias q̄ sc̄ in ext
mitatibȝ palliū. intelligit̄ pseuantia
Palliū ẽ bone conuersationis debet habe
fimbrias finalis pseuantie. Ponentes
in eis uittas iacinctinas. Vitta termi
ns ẽ 7 usui pma. Et uitta q̄ūsatō de
bet eē pma 7 pspicua. 7 iacinctina.
ut celeste hat colorem. non terrenū
quersatō nr̄a. ut. s. ad dn̄m referatur n̄
ad oculos hoīm. Sic pharisei magni
ficant fimbrias suas. Emorroissa tactu
fimbrie uestimenti dn̄i. sanata ẽ a flu
xu sanguinis. Per peccm p̄ obseruatōne
minimi pcepti sanatur. Ecce autē
chore. 7c̄. Tu scis ne asellū qdē. i.
modicū qd̄. accepi. In q̄ instruunt
plati. ne extorqueant a subditis. Per mu
na excecant oculos 7 iudiciū ueritatis
inclinant. Vn̄ in actib' aploꝝ. Argen
tū 7 aurū nullius cupiui 7c̄. Itē ad
thessal. pma. Neqȝ in occasione aua
ricie testis ẽ m̄ d̄s. 7c̄. nocte 7 die
laborantes manibȝ nr̄is. ne qm̄ urm̄
grauarem'. Itē in pmo regū. Loqmi
ni de me coram dn̄o dicit samuel
Sic sumpsi aliqd urm̄. 7c̄. Itē in genes. c. xv
Abraham noluit accipe a rege so
domoꝝ. a filo. a corrigia calige us
qȝ ad filū subtegminis. Vn̄ et ea
meruit audire a dn̄o. Noli time
ego sū merces tua magna nimis.
Itē ysaias. Qui pcit auaricia ex ca
lupnia. 7 excutit man' suas ab oī

tiuníe. Itē salomō. Conturbat domū
suā q̄ sectat᷑ auariciā. 7 q̄ odit mu
nera uiuet. Moralr̄. iuxta litt̄am da
tan 7 abyron uiui absorti s̄t a t̄ra
corpalit̄. sic sp̄ualit̄ p̄ amore t̄re
nos iam absorti erant. Chore u̇ 7 cen
tio p̄it. q̄ uoluit habē sac̄dociū. ad qd̄
spectat sac̄ficiū. qd̄ igne c̄mabat᷑. 7 ideo
igne p̄iit. Ut p̄ hoc insinuet᷑ qd̄ dr̄
in libro sapīe. P̄ qd̄ peccat q̄s. p̄ hoc
7 torq̄t᷑. 7 qd̄ pena respondeat cul
pe. Un̄ ysaias. In mensura q̄ m̄sura
cū abiecta fuerit iudicabit eam d̄s.
P̄ hoc 7 sinuat᷑ qd̄ q̄ cupidi s̄t 7 aua
ri a terra absorbent᷑. 7 ignis eo᷑ᷓ
incendio p̄ibunt. De igne auari
cie dicit iob. Ignis deuorat tab̄nacla
eo᷑ q̄ libent᷑ accipiunt munia. Itē
Supcedit ignis 7 nō iu. so. Ut erant
ea p̄ signo 7 monimento filiis isrl̄.
q̄i dicat. ut exemplo pene istor᷑ alii
abstineant a simili flagicio. Et ita
habes iuxta litt̄am qd̄ pena uni᷒ me
d̄e multor᷑. Inde p̄mis ē castigatio
q̄m p̄suadent exemplaria. flagella
to pestilente. sapiens astutior erit.
Ysaias. Sicut in manu forti erudi
uit me dn̄s. Ille enī in forti manu
erudit᷑. q̄ in se p̄mit᷒ corripit᷑. Il
le u̇ q̄i in forti manu q̄ p̄ aliū pu
nitū illes corripit᷑. De hoc plen᷒
in illo p̄s. Si ue utiq̄ 7 c̄. In na
ū. Ponā te in exēplis. ut ex̄ eu alii
corrigant᷑. Ysaias. Babylon dilecta

mea posita est in miraculū. Hoc ē q̄
dn̄s iussit hic thuribula affigi 7 mon
ū̄. ne alii tale scel᷒ admitterent.
Moralr̄. glosa. Possūs dat᷑ exemplū ne
q̄s p̄ p̄sumptōne sp̄s n̄ s̄ a deo datū
mun᷒ pontificat᷒ inuadat. S; illi ce
dat q̄ n̄ habitatō hec uana. n̄ fauor
corrupit᷑. n̄ largitō dampnāda accesit.
Murmurauit oīs multitudo 7 c̄. Orta
sedicōne q̄ moysen 7 aaron fugerūt
ad tab̄naclm̄. 7 nubes eos p̄texit. qd̄
ante n̄ fecerat. Un̄ notand̄ ē q̄ sic nūq̄
ita laudat᷑ moyses a dn̄o sic p̄ m̄mu
marie. ita nū p᷒ m̄mu popli p̄tect᷒ ē.
Et apparuit gl̄a dn̄i. ipsi 7 aaron. qd̄
n̄ ante. In q̄ moralit̄ instruim᷒ qd̄
tempe t̄bulacōnis habūdat diuina
p̄tectio. Sic patet de iohē. q̄ in exiliū
in pathmos insula relegat᷒ ad la
boris consolacōne. delectabile diuin
sione habē meruit. Sic 7 stephan᷒
int᷒ lapidantes constitut᷒. uidit ihm
a dext̄s uirtutis dī stante. Et iezech
babylonica captiuitate opp̄ssus. iuxta
fluuiū chobar dn̄m loq̄nte audiuit.
Iudith poplm̄ 7 se libauit. Hester
aman ei adu᷑sante suspendit r̄ge
mardocei. Ecce hos oīs dn̄s nube
p̄texit. Daniel int᷒ leones auxiciam
regis p̄uaupt. Un̄ ē in p̄s. Sc̄dm
multitudinē dolor᷑ m̄ 7 c̄. m 9 t le
a meā. Et ap̄ls. Sic habundāt passio
nes in nobis. ita 7 habundat cōsolacō
n̄ra. Itē zacharias. Uir sedens sup

equum rufum stabat inter myrteta. Item
que erant post eum adextris et asinus sibi
similes. quia aquam tribulationis contra diabolum
munitum defensionis. Unde. Da nobis auxilium de tri
bulatione. Et fecit medium fornacis. quasi uentum
roris flantem. Et notandum quod cum populus uo
luit moysen interficere. precepit moyses aa
ron ut oraret pro eis. Hinc est quod moyses
orauit pro inimicis. et samuel similiter. Ideo
ad commendationem eorum dixit dominus contra ille Si ste
terit moyses et samuel coram me. non erit
anima mea ad populum istum. Stans aaron inter
mortuos et uiuentes. Moraliter gregorius. Stetit
inter uiuentes et mortuos. quia sacerdos qui labi
debet orare pro istis ne cadant. et pro mortuis ut
resurgant. Notandum quod ait. Cucurrit
scilicet. Unde eum et desidiam debet subueni
re periculis aliorum sacerdos. Locutus est dominus
ad moysen dicens. Accipe uirgas singulas
et cetera. Quem ex his elegero germinabit uirga eius.
Sed tamen superrogat dominus in solutione premi
ssi. ita. ut florem et frondes. et amigdala.
Ecce largitas dei. qui semper plus dat quam promit
tat. Jacobus prima. Si quis uestrum indiget sapientia
postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat
Item zacharias. Petite a domino pluuiam
id est gratiam bene faciendi. et resistendi uiciis.
Item Salomoni dictum est. Quia non petisti diui
tias. sed sapientiam. fiet fiet tibi quod petisti. et in
super dabo tibi diuicias. et possessiones. Item
In. iiii. regum legitur. quod cum tres reges aquam
petissent ab helya. et helyas a domino. di
ctum est. Facite uobis fossas et cetera. et insup
rtam uasam in manus uestras et cetera. Virga eius
et cetera. Iste locus competit platis. et isti loco apostolus
Nemo assumat sibi honorem. nisi uocatus a deo
tanquam aaron. Item Virga est potestas sacerdo
talis. que recta debet esse non distorta. ut scilicet sine
personarum acceptione. quam nimis detestatur
in sacra scriptura. Unde malachias. Acce
pisti faciem in lege. Super quem locum di
cit ieronimus quod non est maius malum quam
acceptio personarum in ecclesia. Virga ari
da germinauit. ita potestas prelati arida
debet esse. scilicet sine humore terre. ut non re
tentatur ad lucrum temporale. Sed
uide quod dicitur de uirga. germinauit. fron
duit. floruit. et amigdalum pepit. Ita
prelatus debet germinare per conscientie puritatem
florere per integritatem fame. frondere
per ubertatem doctrine. parere amigdala
per exemplum uite et bona opera. Et no
tandum quod sicut ex amigdalis conficitur
cibus ualens febricitantibus. ita prelati
opera talia esse debent quod alius infirmus
possint prodesse. Vel sic. secundum illam glosam
Possumus. et cetera. Sic uirga arida germinat.
postquam moritur mundo. et per penitentiam renascitur. Et
ita uirga arida germinat. Primum germen
est primo in christo confessio. Frondescit
per gratiam. floret per morum suauitatem.
Fraglantiam misericordie et largitatis ef
fundit. et tandem confert fructus iusticie
quibus ipse uiuat et alios uiuere faciat
et ad ista. iiii. debet prelatus siue sacerdos
sibi subditos incitare. scilicet ad confessio
nem. ad baptismum suscipiendum. ad morum
honestatem. et ad opera iusticie. Notandum
quod ubi nos habemus amigdala. alia
translatio habet. pepit nuces. Per nuces
signantur prelati. in quibus debet esse corticis
amaritudo. id est disciplina delinquentium

effundit

Teste solitudo . i . confirmatio bonorum
operum . Per nuclei dulcedo . i . infir
morum consolatio . Debent enim prelati bo
nos confirmare . infirmos consolari et
delinquentes corripere . Vel tamen in nu
ce ad tres status ecclesie possunt referri
ad penitentiam . tractat . beatitudinem
ad quas debent prelati subditos inuita
re . Debent enim eos ad penitentiam inui
tare . ad bonum aiare . et uitam eternam
promittere . Et nota secundum glosam quod ide
potest intelligi per uirgam et per florem
.i. christo qui flos est bonis . i . suauis et
mitis . et uirga malis . quia eos punit
et . Vel per uirgam aridam que pepit a
migdala intellige beatam uirgi
nem . que sine uirili semine peperit christum
quia uirgo in partu . uirgo post partum . uirgo
ante partum . Locutus est dominus ad aa
ron dicens . Tu et filii tui et cetera . In hoc
capitulo ostenditur que ad aaron et filios
eius pertineant et que ad honorem et bonum
eorum . quia nunquam honor eorum sed onere
in presenti uita debet esse . Portabitis
iniquitatem sanctuarii . Masculum ge
nus . Maior enim debet portare infir
mitatem . i . impotentiam infirmorum . Unde
Saul ait Samueli . Porta peccatum
meum . Sed quomodo est iniquitas in sanctis . Si
enim sancti sunt iniquitatem non habent . Ad quod di
cit origenes . quod sancti dicuntur aliqui
a communi uita aliorum se separati et
si habeant mortalia peccata . et secundum
hoc omnes clerici possunt dici sancti . quia

religione a laicis sunt separati per cultum . quamuis
si sint in mortali peccato . Unde dominus
per iezechielem . A sanctuario meo incipite
id est a clericis malis . qui tamen dicti sunt sancti
predicta ratione . Et nullus in principio
accusator est sui . Sed in quo accusaret
se si in iniquitate esset . Set in loco est iniquitas
hoc admodum medici dictum est . Si ma
le succedat ei nomen medici non amittit
Sed non clerici male se habentes nomen sa
cerdotis amittere possunt . Unde in litteris
nostris quas prelatis transmittimus . nomen sa
cerdotis preponimus dicentes . Sanctissimo patri
et cetera . Sed quomodo uerum est quod ibidem dicitur
quod . s . sacerdos si peccat . per ipse sibi
peccatum remittere ut alius ? non
Solutio . Hoc ideo dicitur quia sacerdos intel
ligit peccatum suum . et quomodo curari pos
sit aut debeat . quod laicus nescit . Tamen
oportet sacerdotem si peccat peccatum
suum alii confiteri . et penitentiam
accipere sicut et laicum . Vide litte
ram . Presto quia sint et ministrent tibi .
Ca obedientia prelati festinata debet
esse . Hoc quod dixit . Ad altare non
accedant . hoc est quod archana sacre
scripture mysteria minores non attin
gant . siue maiores humana sa
pientia non scrutentur . Ne et illi
. s . minores . moriantur . Et uos . et
maiores quia non corripuistis . peccatis
simul . Unde iezechiel . In peccato
suo morietur . sanguinem eius de manu
tua requiram . Excubabuntur . Sollici

in custodias tabernaculi
tudine. ~~ad cuncta opera tabernaculi~~. i. cu
stodiendo ecclesiam commissam. et in omnibus
cerimoniis eius. Hoc quantum ad celebratio
nem sacramentorum et psalmodias ecclesie
De alienigena dictum est supra. Non mis
cebitur vobis. i. ministrare vobiscum
non presumat. Excubate et cetera. vigiles. in
custodia sanctuarii. Totiens repetit hoc ver
bum. ut nullatenus hoc obliviscatur quod
magis vult servari. Unde totiens
idem inculcat. Et potissime. In mi
nisterio altaris. i. in consecratione
eucharistie opus est vigilantia. Ne oriatur
indignatio. aliquando non ibi reverentes sint
quis et diligentes. indignatio dei occidet
vos et presbiteros. cadet super filios israel
id est subditos. Tu autem et filii tui custodite
i. cura adhibita honorate. Locutus est dominus
ad aaron. Ecce dedi tibi custodiam primitiarum
mearum et cetera. Ego pars et hereditas tua
verbum. Dominus pars hereditatis mee. Et hec de
bet esse vox clericorum. Filiis autem levi de
di decimas et cetera. Hic notandum est quod primo
erant summi sacerdotis. decime levi
tarum qui ministrabant. Locutus est dominus ad
moysen. Precipe levitis. Hic precepit
quod levite decimas decimarent
et darent summo pontifici. et hoc repu
tabatur eis tamquam facerent de proprio. Unde
subditur. Ut reputetur vobis in obla
tione primiciarum. tam de areis quam
de torcularibus et cetera. Et ideo bonum est
ut clerici decimas suas decimarent
et dent pauperibus. Mistice intelli
gendum est de decimis spiritualibus. Ut est

doctrina. predicatio. oratio. et huiusmodi. Iterum
Nota quod dominus quesivit decimas et huiusmodi. a
phariseis. multo fortius a nobis. quia nisi
habundaverit iusticia vestra plusquam scribarum
et phariseorum non intrabitis in regnum celorum.
Per aaron debemus intelligere christum cui
decime debent dari. i. primordia
bonorum operum. debent ei dari in contem
platione. Quia nisi dominus custodierit civi
tatem et cetera. Mares tantum edent ex eo.
Quedam sacrificia pro peccatis cum filiis et
filiabus comedebantur. et in loco sancto.
Sed hic vocat illos. fortes. scilicet qui peni
tentiam suam fortiter agunt. et in pe
nitentia aliorum delectantur. Quia illorum est perfi
cere. filiorum sive incipere. Sacerdos itaque
comedit sacrificium. pro peccato quando et
ipse opera penitentie agit. et etiam in subdi
torum penitentia delectatur. Qui mundus est vescetur
ex eis. Ecce nullus debuit acce
dere non mundus. multo fortius mundi
debemus accedere ad corpus christi. Iterum
qui non nisi mundi comedebant hec
sacrificia. multo fortius non nisi mundi
debent comedere crucifixum. Omnem
medullam. Ecce oblatio debet esse
pinguis per caritatem. Suavis. per
mentis tranquillitatem. Interior. per bo
nam devotionem. vel per internam intentionem
Unde. Holocausta medullata offeram
et cetera. Olei et vini et frumenti. Per frumen
tum opera bona. per oleum exultationem
mentis. per vinum compunctionem
cordis. Quod est quod primitie filiorum israel
aaron sunt. et filiorum eius. Dicimus quia

omnia bona opera christi sunt per auctoritatem et prelatorum per ministerium. Unde apostolus. Vos estis gloria mea et gaudium meum. etc. Cedent in usus tuos. Hoc est quod bona subditorum attribuenda sunt prelato propter ministerium christo quidem per auctoritatem. Et pro bonis subditorum remunerabuntur prelati. Unde apostolus. Vos estis gloria mea et gaudium meum. etc. Omne quod ex voto reddunt. Id est. Quicquid primum etc. Notandum quod primogenita tam munda quam inmunda moraliter offerri debent sacerdoti. illa ut offerat. illa ut mundet et redimat. Omne animal quod non mundum est. Redimere debet sacerdos. per incorporationem asperam vitam mala mutando primogenita autem bovis et ovis et capre non facies redimi etc. Hoc est opera tua bona in conspectu tuo mortificare. Si enim mortua sunt tibi. viva erunt. Unde Iezechiel

vinea zechiel de vinea tuala. Exaltata est statura eius inter frondes. et vidit altitudinem suam in medio palmitum suorum. Tunc statura tua inter frondes est elevata quando ponis in celum os tuum. et tunc vides altitudinem tuam etc. quando magnificas opera tua in conspectu tuo. Super hunc locum Ieronimus dicat. Aliorum bona videamus. nostra nesciamus. Sanguinem tantum eorum fundes super altare. Ut in conspectu domini fiat. et non ad oculos hominum. Carnes vero in usum tuum cedent. Sanguis et adeps domini sunt carnes vero sacerdotis. Hoc est quod domino debemus relinquere iudicium interiorum. quod per sanguinem intelligitur. Nos vero de exterioribus possimus iudicare. Sic carnes que extra sunt sacerdotis sunt. Hoc est notatur hic quod in operibus subditorum delectari debet sacerdos. Pactum salis. Hoc de discretione. Unde apostolus. Sermo vester sale conditus sit. Et in evangelio Vos estis sal terre. Sal enim vigere in opere sacerdotis debet esse. In terra eorum nichil possidebitis. etc. Hoc est quod clericus dicitur quasi sit clericus. Ego sum pars hereditatis tue etc. Filiis autem levi dedi omnes decimas etc. Nota quod levite habebant decimas et novem partes remanebant populo. Novenarius autem imperfectionem significat. denarius perfectionem. Significatur autem per hoc quod respectu imperfectionis laicorum. perfectiores debent esse clerici. cum tamen contrario fiat modo. Erant quoque decime levitarum. Et decime illarum decimarum erant summi sacerdotis. In signum quod superlativus perfectionis debet esse in episcopis et sacerdotibus. Comparativus in clericis. Positivus in laicis. Item. Decime date a laicis. significat quod laici debent perfectionem suam attribuere suo sacerdoti post deum et eius ministerio. Levite autem sive sacerdotes. si ministerium suum bene agant reputatur a domino et remuneratur. acsi de eciam obtulisset de proprio. id est. remuneratur pro cura aliis impensa. sicut pro propriis operibus que in se fecisset. Unde dicitur. Ut reputetur vobis in oblationem etc. Quod autem decimas decimarum dant levite. significat quod quicquid perfectionis habent. summo sacerdoti id est christo debent attribuere. Separabitis de eis optima et electa etc. In genesi. Summe

de optimis terre frugibus et deserte intro
mittam et cetera. Nota quod ita debet esse ad lit
teram. Moraliter. Non debet aliquis dicere
ego non possum hanc penitentiam agere. cum
sepius posset sustinere. Contra tales
dicit malachias. Maledictus dolosus qui habet
in grege suo masculum. et cetera. Locutus est dominus
ad moysen et ad aaron dicens. Ista est
religio victime. In hoc capitulo agitur
de sacrificio vitule rufe. hec hostia
enim significat christum passum. in cuius passi
one docemur contempnere temporalia.
que in veteri testamento promittebantur. et ama
re eterna que in novo sperantur.
Religio. Egregie dictum est hoc. quoniam pas
sio christi et memoria passionis est summa
totius vite religionis. unde solam christi
immolationem vocat religionem. alia
vero sacrificia nomine religionis non veniunt
sed tantum passio christi per immolationem vitu
le designata. quia ab hac habet omnis alia reli
gio originem habet. unde non valet nisi fi
at ad modum huius religionis. unde dicitur.
Rufe. quod christus sanguine suo cruentat
tur per quinque vulnera et per flagellatio
nem et spineam coronam. unde in canticis. Dile
ctus meus candidus et rubicundus. Candidus
per innocentiam. rubicundus in passione
Educam extra castra. Gregorius. Extra ca
stra passus est christus. ut nos a conversatio
ne presentis vite qui de civitate exire
tur. apostolus ad hebreos. Exeamus ad eum

extra castra et cetera. Item in genesi. Abel
occisus in agro. In conspectu omnium
Quia omnibus videntibus passus est. unde ysaias vi
dimus eum non habentem speciem. neque decorem. augustinus
dicit. In conspectu eius. id est sacerdotis. quod sic debet
sacerdos representare passionem suam ac si
ante oculos eam videret. Et tingens di
gitum in sanguine. Per manum operatio
per digitum discretio intelligitur. unde. ma
nus mee stillaverunt myrram et cetera. Tin
gere ergo digitum in sanguine est. discretio
nem operationum in passione domini consectari
et ad eius imitationem facere. unde. christus
passus est pro nobis. vobis relinquens exem
plum et cetera. Septies contra fores. Intingere est perfe
cte operari quod septenarius numerus est
perfectionis. Combureturque eam cunctis
videntibus Gregorius. Carnes comburere
est mysterium incarnationis et passionis
intelligentia spirituali discutere et
amare. Per fimum lassitudo exterior. per
sanguinem pena interior. quod interiora
vel spiritualia christi opera. vel corporalia que per
spiritum sanctum sunt disposita spiritualiter sunt intel
ligenda. Aliter. fimus flamme traditur quando
temporalia veteris testamenti que stercora reputan
da sunt. in spiritualia caritatis mutata
sunt. flamme ergo. id est spirituali intelligentie
passionis. apponendum est lignum cedrinum
id est spes que alta sicut cedrus. Et ysopus. id est
fides. que in petra christo radicata est. ut
ysopus in petris. vel coccus bis tinctus est

Lignumque cedrinum
et ysopum coccumque
bis tinctum mit
tet sacerdos in flam
mam que vaccam vo
rat

caritas ad deum et proximum. Greg.
alibi. Per cedrum contemplatio
per ysopum humilitas mentis.
que due imitanda sunt recordatione
passionis. Hoc bonum ad claustra
les. Unde in ezechiele. Et erunt
in montibus. id est in eminentia
vite. sicut columbe convallium. i. ge
mentes. simplices. humiles. et ali
ſcil vocantur silui vel valles nemorose. y
saias. Et erit sicut colligens spicas
in valle raphaim. Quia in tempore
gygas qui fortis est et potens. Macula
tus erit usque ad vesperum. Nota
to hic. iiii personas. inmundiciam
ex isto sacrificio contrahentes. Sa
immolans cerdos comburens. colligens cineres. in
loco mundissimo. et aspergens sili
cet. per quod significatum est. quod sacerdos
immolationem domini representans. licet
conversatione habeat bonam et mundam
tamen respectu mundicie christi inmun
dus est. in cuius conspectu astra non sunt
munda et inmundum se reputare
debet usque in finem vite. hoc est quod
dicitur. Usque ad vesperum. Comburens
silicet. i. qui addiscit et audit sacra
mentum passionis dominice. Colligens
silicet. qui. s. articulos passionis
discutit et culpas suas agnoscere.
Et aspergens silicet. s. qui passionem ali
quam adnuntiat per predicationem. Itaque

habes quod per discussionem passionis dominice
apparet magnitudo culpe. Unde in canticis
fistula et cynamomum etc. Greg. Bene per
fistulam propter colorem. ponitur cinamo
mum cineris colorem. quia per recordationem
passionis dominice. oritur in nobis despectus
proprie virtutis. Item. Rebecca conspecto
ysaac cooperuit vultum suum. Item.
Abraham stans in conspectu domini ait.
Loquar ad te domine cum sim pulvis et cinis.
Item. Moyses dixit se incircumcisum la
biis. Item ysaias. Pollutus labiis ego sum.
Effundet quoque eos. Effundere cineres est pas
sionem domini discutere. Extra castra.
Extra portam passus est. In loco purissi
mo. Per contritionem puram. Prior per confes
sionem. Purissimo per satisfactionem.
Ut sint multitudini filiorum israel in
custodiam. Notandum quod bene dicit
in custodiam. Passio enim cotidie plurimum
aliquid aliud nos custodit. Non fiebat
expiatio nisi in cineribus. nec mundatio
peccati. nisi per christi passionem potest fieri.
Qui tetigerit. i. peccato consenserit. Ca
daver. i. mortale peccatum. Septem
diebus id est in corpore. quod ex iiii. ele
mentis. et anima que habet tres vires. Fu
erit inmundus. Aspergetur ex aqua hac die
tercio. i. mundabitur per penitentiam que
constat in tribus. Et die septimo. i.
per suffragia ecclesie. que fiunt pro illis qui sunt
in septima etate. Sed si mundatus non.

fuerit p penitentiā in p̄senti. In sep
tima etate mundabit̄. p suffragia
ecc̄. Et hoc ē qd̄ subdit. Si die t̄tio
asp̄sus mundat̄ n̄ fuit die septimo n̄
poterit emundari. Q̄d s̄ hic fuerit ipe
nitens. in futō non poterit et suf
fragia ecclie. 7 si in t̄tio die. asp̄sus nō
fuit. die septimo. i. p̄ mortē. n̄ po
terit emundari. qr tūc n̄ erit loc̄
p̄nie. Omnis qui tetigerit hūane
aīe morticinū. s. mortuū hoīs. 7 c̄.
s. lustrabit̄ illa aq̄. Hinc ē qd̄ sac̄
dos intrans ad mortuū. aq̄ benedi
dicta asp̄git feretrū 7 domū. Vasq;
non habuīt op̄culū. s̄c illi q̄ linguā
freno moderationis non refrenant
vn̄. Pone dn̄e c̄todiā ori meo 7 c̄. Itē
in p̄ūbus. Vrbs patens absq; muror
ambitu. q̄. s. undiq; patet t̄ulla
b̄ munita: sic uir q̄ n̄ p̄ in loq̄ndo
cohibe sp̄m. Itē in ecc̄. Qui malas
loq̄t̄ ubīs ledit aīam suam. De hoc
glosa g̃gorii. Tegmen op̄culi uł
ligatura ē censura discipline. q̄ q̄s
q̄s non p̄mit̄. q̄i imūdū polluitur
ḡ reprobat̄. Qui ḡ uas sine op̄clo
ł ligatura polluunt̄ q̄ p studiū o
stentationis. patens. nullo uela
mine taciturnitatis op̄imit̄. Siq̄s
in agro. i. in mundo. unde dic̄ia
dr̄ bestia agri. bestia aḡ deuora
uit eos. Tetigit cadau̇. C̄nsn̄t ad
op̄ mali. Occisi hoīs. ad sugge
stionē. Aut p se mortui. i. sine
suggestione. Et ita habes hic tres
mortuos. vn̄. Menses mala mors
intūs. malū actus mors. Virus. tuba.
puella. puer. lazarus. ista notant.
Tollent de cinib; combustionis. 7 mit
tent aq̄s uiuas. Saluent̄es in uitam
et̄nā. tales debent habē p̄dicatores
. s. ascendentes. n̄ descendentes. ut
p̄dicent p lucro. Cū ysopo. qr
in hūilitate debet fieri p̄dicatio.
non cū sup̄bia. Ap̄ls lauabat ue
stimenta sua cū ysopo. q̄n excle
rūt puluem elationis 7 inanis
glie. de pedib; suis. hoc ē de affe
ctib; suis. Mund̄s lustrabit imūū
Nullatenus ḡ sac̄dos debet ēē forni
cator aut imund̄s. s; lustrare
aq̄ benedicta ł h̄i debet imundos
Siq̄s n̄ fuit expiat̄ p̄ibit qr s̄ctuariū
dn̄i polluit. S̄ctuariū dn̄i ē h̄o.
hoc polluit q̄ se polluit. Vene
rūtq; filii isrł in deserto syn. S;
nota ad litt̄am hanc rationē. qr
n̄ dr̄. lectio moysi. ł salomonis
qr moyses dubitatione tand̄
peccauit 7 salo. male glām suā
maculauit. Moralr̄. Venerūt
ī deserto syn. 7 c̄. Claustrales s̄c in

Sermo ad claustrales

deserto. i. in solitudine claustralis
uite. ubi obseruant mandata dei
Syn. enim interpretatur mandatum. De hoc
deserto dicitur. Lactabo eam. et adducam
in solitudinem. et cetera. In terenis. In mon
tibus persecuti sunt nos. in deserto insidia
ti sunt nobis. In deserto maria mo
ritur que interpretatur stella maris quando oritur
est accidia. quia tunc recedit gratia et tunc
oriuntur murmura contra prelatos propter accidi
am. et dicunt. Utinam essemus in egipto
id est in mundo. Eduxisti nos ut mo
reremur. i. mortui hic fame et miseri
a. quasi propter hoc duxisti? De egipto.
id est quare de mundo nos traxisti. et uo
cant locum illum locum suum. et certa adap
ta. Insuper et aquas non habent. i. temporalia
non habemus. Ingressus quia moyses et aa
ron tabernaculum et cetera. Notandum quod mo
yses et aaron cesserunt tyrannibus ad
solitum euentes subsidium. s. diuinum. Sic
prelatus monachis murmurantibus contra se ad
orationem debet confugere. et per ipsius ora
re. non debet resistere et rixari. Unde
salomon. Ne litiges cum homine stul
to. et ne mittas ligna in struem eius.
id est materiam in ignem. Item. Ne res
pondeas stulto iuxta stultitiam
suam. et cetera. Item in regum. Cum ignoremus
quid agere debeamus. hic concordantia est

pessimam.

de refugio. Tolle uirgam. et cetera. Uir
ga crux. petra christus. Propterea ergo sic.
Nichil adeo ualet contra malum acci
die maxime. uel est contractuque temptatio
nem. quam petram percutere uirga. i.
christum percussum pro nobis ad memoriam re
uocare. Hoc facto uere exibunt aque lac
rimarum siue refrigerii. et sic pluuia
uentum compescet. Sed nota quod dicitur Cum
quod eleuasset moyses manum et cetera. Non
enim digitus uirga percutere petram
id est christum recordari. uel predicare pas
sionem. non est per hoc aquam elicere de petra
id est compunctionem de corde lapideo. nisi
qui leuauit manum. i. opera sua ad
eterna. et per eternis bene fuerit operatus.
Misit internuntios moyses ad regem
edom. et cetera. Edom nomen est regionis.
ydumee. s. non ciuitatis. Mortaliter
per edom qui uendidit primogenita pro
uili edulio. s. lenticula rufa. sig
nificantur illi qui per gulam amittunt
regnum celorum. Rex ergo edom. est caro
Cades interpretatur sanctum. i. de sanctitate
debemus mittere ad regem edom. et
petere ab eo transitum per edom. quia de
sanctitate uite et per sanctitatem religionis
ut per affectionem carnis. in ieiu
niis. et uigiliis. et huius modi debemus
experiri. utrum in corpore nostro pos

sumus transire ad terram promissionis sup
ne. quia sic uideas quod bene possis susti
nere maceratione carnis. uigilias. ci
licium et huiusmodi. per hoc potes perpendere quod
per edom. id est per carnem. poteris transi
re ad uitam. Israel frater tuus. Edom
est corpus. qui debet petere a carne sua et
sic loquitur. Nosti omnem laborem et cetera.
Ita quando homo carnem suam macerat me
mor esse debet peccati preteriti ut sic
ualidius agat penitentiam. Ecce in urbe
cades quae est in extremis finibus tuis et cetera.
Ita in extremitate eorum quae ad carnem
spectant debent esse filii israel. id est clau
strales. ut modico sint contenti. Ut
nobis liceat transire per terram tuam. Quia
per terram edom erat compendium ad ter
ram promissionis. Claustrales enim quia
carnem macerant. et alia priuilegiata
opera in carne excedunt. ipsi transe
unt per compendia ad dominum. Et ita sae
cularis compendio uitam beatam possidet
et ita transeunt per edom. Alii circuierunt
edom. quia omnia communia faciunt et ita
ad dominum perueniunt. Obsecrare transitum
est carnem cum quadam modestia mace
rare. ut rationabile sit obsequium nostrum
Non ibimus per agros. hoc est per ubera
tem uite temporalis. Nec per uineas
hoc est per delectationes corporis. Uia
enim uinearum delectabilis est. Nec bi

bemus aquam de puteis tuis. id est de pro
funditate peccati. quod facit illud quod
facimus adinuentiones in peccatis
unde ysaias. misisti legatos tuos pro
cul et multiplicasti pigmenta tua.
Sed gradiemur uia publica. id est regia et a
perta. uel publica. ut non scandalum faci
at solitaria abstinentia. unde sequitur
Non declinabimus ad dexteram. nimis
scilicet abstinendo. nec ad sinistram ni
mis carni indulgendo. unde apostolus
Scio habundare. scio et penuriam
pati. Non transibis per me. Semper
enim caro remurmurat et respuit huiusmodi tran
situm. quod fit per macerationem carnis
unde. Caro concupiscit et cetera. Alioquin ar
matus occurram. Sic enim contingit. si
per aliquos dies temptes abstinere.
Te enim certe aut per accidiam aut aliquid
tale in. Quamuis caro remurmurat quam ante.
Dixerunt que filii israel. scilicet sancti sic dicti.
Per tritam gradiemur uiam. Ubi oues pa
bula inuenerint. Sicut enim oues
ubi nichil herbe uiderint mina. scilicet tritam
pastum capiunt. sic in illis quae alii te
runt et uilipendunt. reficiuntur clau
strales. et tamen modico contenti sunt. unde
moyses dixit. Abhominationes egip
tiorum immolabimus domino deo nostro. Et si bibe
rimus aquas tuas et cetera. id est per delectatio
nem aliquam lapsi fuerimus. dabimus

herbe

sc.

qd iustu est. i. scdm qd iustu fue
rit satisfaciem. Nulla erit ipsto
difficultas. qr de aspitate pene n
e curandu du m. patientia habe
amus in pena. y sps possit libere
tendere ad celestia. Sz stati gdiu
tato obuia spiz cu carnaliu volup
tatu multitudine. qui nullo in
caro dimittit transire p ppendi
u. ut dictu e. n restat transire
n comune. id e latiore uiam ali
qntulu ducere. Et ita circuierunt
du est. Vn ait. Quaobrem diverti
ab eo isrl. Venerut in morte hor.
Qd interptat mons. Aaron g moritur
in supcilio montis. qi in monte
sup monte. qr n tantu in mon
te debet mori plat. Sz in monte
sup monte. qi in monte excelsu
qr uita comunis n sufficiat plato.
Imo oportet qd optim sit. Vn
Ascende sup monte excelsu tu
q euangelizas syon. Tolle aaron y
filiu ei. y c. Nota hic qd nri sacdo
tes cu ueste glosa sepeliuntur. qr
glose ad celos euolant. Legales n
cu ueste. qr ad inferos descendebat
Ite. Nota qd eleazar q debet suc
cedere aaron. ducitur in supciliu
montis. qr plat q debet succede
aliu. debet a moyse. i. a doctrina

legis. duci in supcilium montis. i.
i eminentia uite. y indui uestibz
antecessoris. i. imitari antecessore
in bonis opibz. Cumq; aaron spo
liasset. s. moyses. Omis multi
tudo uidens aaron occubuisse. fle
uit sr eo xxx ta dieb. Hinc e qd p
tginta dies p morte defuncti ora
tiones y missas p defuncto faciu
Nota e qd aaron plangitur. iosue
u non plangitur aliu. qr in lege
erat descensus ad inferos. In euan
gelio ascensus ad celos. Hinc e y qd
scor q mortui ante temps gre non
celebrantur natales. i. mortis dies
n aliq causa speciali. Qd cu au
disset chananeus rex. y c. Notand
ad comendatione uoti qd mirantibz
filius isrl contra exploratores cito
p uicti st ab eode. Sz pqm uoue
runt se deleturos urbes. statim uin
cut. Moralit. Sc du de uobis qd ul
bis. l plures uincam a diabolo.
tu despare non debemus. facto eni
uoto possimus eu supare. s. si urbes
chananei. i. oia munimenta peccati
ol diuitias. s. y huiusmodi firmit
pponamus delere. Hoc eni facto dabit
dns hostes in manus nras. Pfecti st
aut de monte hor p uia q ducit ad
mare. ut circuirent edom. Circuire

Smo &con
sectione
epi

terrā edom est. lenit̃ 7 in transitu
7 in finib⁹ eam eatinꝰ tangere uł
agẽ. n̄ in deliciis se totū se totū īmit
tere. sed uix ad ipsas attingere. Ut
tedere cepit popłm. Hoc ꝯpetit
accidiosis monachis q̄ tedio affecti
murmurant. 7 ita igne concupiscen
tie 7 auaricie ꝑcutiunt᷑ 7 moriun
t᷑. Quamobrem misit dn̄s in popłm ig
niꝰs serpentes. Igitur serpentes sunt
diaboli. uel incentiue cogitationes
peccati in corde. q̄ huiusmodi murmura
tores occidunt. S; nullū contᷓ hoc
meliꝰ remediū quā qđ seq̄t᷑. Fac
serpentē eneū. 7 pones eū ꝓ signo
7c. Per hoc qđ dicit ꝓ signo. potest notari
q̄m n̄ tm̄ ad litterā hoc factū est. s; ꝓpt᷑
mysteriū. Vn̄ apłs. Omnia continge
bant illis in figura. Moyses legem sig
nat q̄ facit serpentē eneū. i. xp̄m ꝑimat
hoīe factū dicit q̄ serpens ꝓpt᷑ mortalita
te. qꝛ mortalis fuit. Et ꝑ serpentē mors
intrauit in orbem terrarū. ꝑ istū uita
reuertit. diuīꝰ 7 solidꝰ sic est. ꝓpt᷑ diui
nitatē. qꝛ in eadē ꝑsona fuit dꝰs 7 hō.
Et suspendit᷑ alq̄e ꝓ denuntiationem
in ligno crucis. Vn̄ ipse ait. Sicut
moyses exaltauit serpentē ī deserto. ī͂ exal
tari oꝑ filiū hōis. De me aūt moyses
scripsit. 7 ita lex ēē ꝯsūxit. Quīg alicꝰ
ꝑcutit᷑ a serpente. i. a suggestione
diabolica demoniū. respiciat ꝑ fidem ad xp̄m
in cruce pendentē. 7 sanabit᷑. Ergo si
claustralis tedio afficit᷑ uite claustralis
7 ita murmurat contᷓ regułam beati bn̄dicti
tangitur. 7 ꝑcutit᷑ igne cupiditatis
ł luxurie. respiciat u̇ba 7 exempla xp̄i
pendentis in cruce. 7 sanabit᷑. Ea si sp̄s aua
ricie concitat te. respice eiꝰ u̇ba. Date
elemosinā. 7 ecce oīa munda sunt uobis. Si sp̄s
luxurie. respice illud u̇bū. Sint lumbi
uři ꝓcincti. Si sp̄s gule. respice exem
plū eiꝰ q̄m potauer᷑t eū aceto in cᷓ
ce. Contᷓ supbiā illud. Discite a me q̄
mitis sū 7 humilis corde. 7c. Hic tra[?]
notat᷑ in canticis. Pone me ut signa
culū sup̄ cor tuū 7c. Pfecti q̄ filii isrł
castra metati sunt in oboth. 7c. Postq̄m
metati sunt castra semel in salmana
et deinde in phinō. Vn̄ seq̄t᷑ q̄ castᷓ
metati sunt ꝯsequēt᷑ in oboth. Salma
na enī inꝑpᵗ ymaginatio. Phynō
os. Oboth. magi. ł phitones. qꝛ ꝑ yma
ginationē dei que in cordis ratione
monstrat᷑. ad confessionē fidei q̄
ore ꝑfert᷑. ꝯsurgunt magi. ł phi
tones. i. artes magice. i. male
sane. contᷓ q̄s debemꝰ cor nr̄m obstir
mare. ne audiamꝰ uoces incantan
tiū 7c. Vnde egressi fixer᷑t castᷓ ī hia
barim. Qđ inꝑpᵗ acerūs lapidū
transeuntiū. Et hi sunt q̄ ꝑ hoc sedm̄
ad alias mansiones transire festinant.
De his lapidibꝰ dicit ysaias. Munim̄
ta saxorū sublimitas eiꝰ. Itē zacharias.
Lapides sc̄i eleuabunt᷑ sup̄ t̄rā. hi sunt.

que dicunt cum psalta Ad te levavi
animam meam. Item. sunt alii lapides qui de
via tollendi sunt ne ambulantium
pedes offendant. de quibus ysaias. Un
de. transite per portas. Item iere. sicu
te lapides de plateis. In solitudine
que respicit moab contra orientem pla
gam. Moab interpretatur de patre. et significat
malos et superbos qui ex patre diabolo
sunt. Sed moab habet habitari ab occi
dente. Et hoc bene. Boni enim mo
abitas. hoc est malos qui ex patre dia
bolo sunt. debent habere ab occidente
Mala enim per bonis semper debent occi
dere. et bona oriri. Et inde vene
runt ad torrentem iareth. Quod in
terpretatur aliena descensio. Una vere
est aliena descensio que fit per humi
litatem. Castra metati sunt contra arnon
quod interpretatur maledictum. Sed veri
israelite semper figunt tentoria contra
maledictiones. Quod pertinet in
finibus amorreorum. Ecce arnon per
tinet et cetera. id est maledictio apparet
In finibus amorreorum. id est ama
ricantium amorrei. id est interpretatur
tantum amari vel garrientes. Unde
pater tuus amorreus. et mater tu
a cethea et cetera. Dividens moabi
tas et amorreos. Certe male

dicto dividit mox malos et malos
opera hujus pro hujusmodi puniuntur. Unde
in apocalypsi. Pars eorum in stagno ignis
et sulphuris et cetera. Quod ideo dicit pars
quia non omnes mali eodem puniuntur. Unde
dicitur in libro bellorum. Liber bellorum est
apocalipsis. ubi bellum contra diabolum
et suos quod dominus in iudicio faciet des
cribitur. Sicut fecit in mari rubro.
Ita sic in inferno dirigentur. sicut
egyptii in mare. Scopuli torren
tium inclinati sunt. et cetera. Scopuli sunt
prelati fortes et solidi qui inclinantur
per humilitatem. Ut requiescerent in
arnon. id est ut delectentur in ma
ledictionibus et obprobriis eis dictis
sicut non est mirum sed in eis delectantur
cum dicat salvator in evangelio
Beati eritis cum vos oderint homines
et cetera. Nota ergo hoc verbum. et regebant
tent in finibus moabytarum. Et
ipsi regere debent ut non lateat
sed quod mirum posse attingant con
versatione talium. Ex eo loco appa
ruit puteus. Nota quod sunt putei
mali de quibus in genesi. In valle
silvestri sunt multa putei bituminis
Hoc vocamus valle silvestre. sic
ut illustre. mundum. Origenes vo
cat vallem salsam. et unde. Totum enim

mundus salsus est. Unde: Dies hominis quasi
gutte aque maris reputabuntur
propter modicum saporem et amaritudinem
respectu. Bonus vero puteus est sacra scrip-
tura que quandoque dicitur fons, ut in ma-
nifestis; quandoque puteus, ut in occul-
tis mysteriis. Unde Salomon in
parabolis de parvulis: Bibe aquam
de cisterna tua, et fluenta putei
tui deriventur foras, etc. Divi-
de aquas in plateis et habe eas so-
lus, ne sint alieni, etc. Ecce sacra
scriptura dicitur cisterna in colligendo
et custodiendo, scilicet intus cum salva
intentione ad deum, non ad gloriam vel
temporale commodum. Dicitur puteus ocul-
ta proferendo, fons manifesta de-
clarando, predicando, scilicet docendo.
Ne sint alieni, etc., id est diaboli,
scilicet si pecces ex docendo vel predican-
do. De hoc puteo in genesi xxix
capitulo: Iacob venit ad puteum
et sedit, et amovit lapidem et ad-
aquavit gregem rachelis. Et eo ad-
aquato osculatus est rachelem. Ita claus-
tralis sedere debet iuxta puteum sacre
scripture, et lapidem amovere, hoc est
quod in ea tenetur explicare, et dein-
de rachelem osculari, id est in contem-
platione delectari sive in oratio-
ne, ut sibi et suis veniam oret. Quod

si vis facere, sis iacob, id est supplantator
viciorum. Item. In genesi: Ysaac deam-
bulans iuxta puteum viventis et vi-
dentis vidit rebeccam, que interpretatur
patientia. Certe ad hoc ut habeas
patientiam continue, oportet te conversari
et meditari in sacra scriptura, quia ibi pa-
tientiam continue invenies. De sacra scriptura
plenius dictum est supra, quere hic retro-
cem. Nota quod dicitur: Ex eodem loco,
id est de finibus moabitarum et amorreorum,
id est non intus, sed extra amaricantes
vel amaricationem peccati, apparet
puteus sacre scripture filiis israel spiritualibus.
Et maxime grates deo agende sunt
cum intelligentia sacre scripture apparet.
Congrega populum, etc. Nota quod multi
congregantur ad puteum utilitatis et non per moysen,
ut heretici. Sed huiusmodi non possunt lau-
dare dominum. Unde ad hoc quod canticum
cantes, oportet quod venias per moysen,
id est per legem. Tunc cecinit israel, hoc scilicet:
Ascendat puteus. Ascendat scilicet scientia
sacre scripture in eis qui habent eam, ut scilicet sa-
liat in vitam eternam, non in terra decursum per
malam intentionem immergatur. In datore
legis, hoc est deo attribuere quidquid profun-
ditatis habes sacre scripture. Omnia igitur deo
attribuenda sunt. Unde apostolus: Quod ego vi-
vo in carne, in fide vivo filii dei.
Puteus magnum ad litteram de quo cantum

est iste. Quem foderunt principes et
pauerunt duces multitudinis. lxx. Re
ges excuderunt. Maius est excudere quam
fodere. Excudere enim dicitur quod in saxo
ceditur vel formatur. Cum ergo ad aquam non
peruenitur. saxa ceduntur. Moraliter.
Principes ergo .i. minores. foderunt pu
teum. Nisi enim terrenitas eiciatur primum
non inuenitur aqua .i. refectio in sacra
scriptura. Reges autem .i. maiores. qui etiam
teneritatem suam bene regunt ut dicit
glosa in uisione apocalipsis c. vii. Ipsi
excudunt .i. poliunt et erudiunt
duriciam scripture. Et dicit Gregorius. Decet
enim docere ceteros. qui prius fecit quod docet.
Rex enim omnium barbatorum .i. mo
tuum debet esse qui puteum istum scrip
ture debet excudere. Notandum quod quantum
ad se reges dicuntur. respectu aliorum
duces. Se enim debent regere. et ali
is ducatum prebere. In datore legis
id est in Christo. In baculis suis. Signo
tatur potestas prelationis. vel discretio
vel correctio pastoralis. Unde. Virga
tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. De se
cti q: st. et cetera. Non sunt hec nomina nati
onum. sed locorum per que transierunt filii
Israel. Mistice. [illegible]. Ma
thana interpretatur munera ipsorum. De
scientia enim debemus uenire ad hoc ut
Deo offeramus munera orationum et operum.

hoc est de puteo mathana. Et de
hoc in nahaliel. Quod interpretatur ex
Deo. quoniam ipsum munus ex Deo nos
habere reputemus. Unde ysaias.
xxvi. Omnia opera nostra operatus es in
nobis. In bamoth. Quod interpretatur
aduentus mortis. vel mors adueni
ens. vel carnis excelsa. Quia pre predi
cta debes timere aduentum mor
tis. scilicet ut mortem habeas pre oculis
vigilate et orate et cetera. Vel aduentus
mortis dicitur. ut mundo moriatur
per carnis mortificationem. Nota
quod bamoth est uallis. et interpretatur
excelsa. Per quod significatur quod omnis al
titudo celestis uallis est. quia qui se hu
miliat exaltabitur. Vel sic. In hoc signi
ficatur quod quanto maior es. tanto ma
gis humilia te in omnibus. Unde. humiles ual
les nemorose. In uertice phasga
Quod dolatus siue dolens certe interpretatur.
hoc bene claustralibus. quia licet
sint excelsi uita et in uertice bone
conuersationis dolati et eruditi. tamen
tamen precipue debent esse ualles hu
militatis. Quod respicit contra desertum
hoc enim debent scire maxime facere
ad custodiam humilitatis. desertum uite
presentis. et desertum mortis eterne pre ocu
lis habere. quia ut dicit Ieronimus. super
naui aquila transmarina uidet

cadauera. Ita claustralis licet iam transfretauit amaritudinem mundi et peccati. tamen cadauera peccatorum debet ultra uidere. Misit autem israel nuntios ad seon regem. Seon secundum triplicem interpretationem. significat illa tria uicia fortissima. Unde. Omne quod est in mundo. aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum. aut superbia uite. Seon enim interpretatur temptatio oculorum. siue auaricia. Elatus. siue superbia arbor infructuosa. siue luxuria que amenitatem habet. sed fructum non facit quia uoluptas est in luxuria. sed nullus sit fructus. sicut in arboribus infructuosis est amenitas et nullus fructus. Unde iudas. Hii sunt arbores autumpnales etc. Amorrei interpretantur amaricantes uel. quantum ad consimilibus temptationem. Bene dicitur seon rex amorreorum. quia superbia est rex amaricantium. quia ubi regnat superbia ibi inuidia ut dicit auctoritas. que amaritudinem generat. et etiam auarus in amaritudine cordis et laboris semper est. Vel seon est rex amorreorum. quia ex auaricia procedit amaritudo. Unde in canonica epistola. Unde bella et lites inter uos. nonne etc. Item. Amorrei interpretantur loquentes. et secundum quod seon tollit gustus gula. bene dicitur rex amorreorum. quia gulam comitatur loquacitas. Unde legitur in exodo quod rane intrauerunt reliquias ciborum pharaonis. Cum enim in religiosis id est in fine ciborum. debeant deo gratias reddere. tunc incipiunt et subintrant uana et scurrilia uerba. Unde ysaias. Et erit quasi phitonis uox tua et eloquium tuum de terra mussitabit. Item. Et lingua eorum transiuit in terra. Perlege ergo. Seon est diabolus. terra eius sunt terrena desideria. siue diuitie. non quia sue. uel sua dicenda sunt. quia non est ad omnem uoluntatem suam eis uti. sed quia per ea temptat quantum permittit deus. Ad ipsum ergo mittit quicumque bonum opus facit. Per hoc enim ipsum quasi ad bellum prouocat contra se. ne transeat per terram. Unde iob. Qui parati sunt suscitare leuiathan. Qui enim consentit ei in malo. hic eum permittit dormire et pausare. Hoc est quod ait. Quin pocius congregato exercitu etc. In deserto enim. in uia scilicet claustralium maxime insidiatur diabolus. Unde ieremie. Super montes. id est in eminentia uite. persecuti sunt nos. Non declinabimus in agros et uineas. Via regia gradiemur. id est per eum qui dicit Ego sum uia. et ueritas et uita. Qui concedere noluit. Diabolus non uult concedere transitum per terram. sed uult uiros ...

manere in temporalibus. ut habeant hic
manentem civitatem. contra quod apostolus
Non habemus hic manentem civitatem et cetera. Qui
potiores congregato exercitu. Percutit diabolus
omnes divites. et nocentes bonis. Per-
venit in iasa. vel in yasa. quod interpretatur
preceptum. et ibi pessimus est. quia in
custodia preceptorum vincitur diabolus. In
ore gladii. Per predicatores verbi dei. quia
per instantiam verbi dei cadit diabolus.
De hoc gladio dicitur. Et gladium spiritus
quod est verbum dei. Et possessa est terra ab
arnon usque ieboth. Ieboth est fi-
nis regni seon. arnon initium. Ar-
non interpretatur maledictiones eorum. Ie-
both vero luctamen. Quia in maledi-
ctione et lucta est regnum diaboli.
quia iure impiorum complantare solet
lapidibus. ut patet in temporalibus. Preter-
ea principium regni diaboli est arnon.
id est maledictiones eorum. Ieboth vero fi-
nis. i. luctamen. quia sine male-
dictione non incipit regnum diabo-
li nec sine lucta exitum. Peccatum enim.
in ingressu quasi vinculum plaustri.
Qua forti presidio tenebantur. et cetera. Hoc
est quod fortissimum presidium contra ecclesiam
sunt falsi fratres. Nulla enim pestis
efficacior est ad nocendum quam
familiaris inimicus. Et habita-
vit israel in urbibus et cetera. Hoc est quod

expulso diabolo et peccato virtu-
tes loca illorum intrant et sicut
homines fit civitas israelitis. In ese-
bon. Esebon interpretatur cogitationes.
In regno enim diaboli metropo-
lis est esebon. i. cogitatio. a qua omnia
mala procedunt. A corde enim exeunt
cogitationes bone et male. Ecce
quod habitant filii israel in esebon
israelite
qui nequissimas cogitationes re-
primunt ac captivant in obsequium
dei. Urbs esebon fuit seon
regis amorreorum. i. loquentis.
Ex illorum rex est diabolus qui dicunt
et non faciunt. Unde ossa behemoth
quasi fistule eris. Causa ut dicit
apostolus. Non in sermone est regnum
dei. sed in virtute. Qui prius pugnavit
contra regem moab. Hoc est quod sa-
thanas sathanam expellit. quia vicium
vicio est contrarium. Ut patet de avaricia
et prodigalitate. Sed virtutes non sunt sibi
invicem contrarie. sed omnes simul vo-
lunt esse et concordes. Unde hec est vox
diaboli. Venite in esebon et cetera.
Per esebon intelligitur cor. Vult enim
diabolus in cogitatione scilicet in mente
venire peccatum et in corde ra-
dicari. ut sit ibi quasi in civitate
munita. Ignis egressus est de esebon.
id est de cogitatione. Et flamma de oppido

seon. i. amaricantis. Et devoravit
Arh moabitarum. Arh interpretatur ascen
sus. Nota quod bene hec verba. Hoc est
enim pulchre dicere. quod ipse labo
rem sensus et anxietas. que sunt in presenti
vita malorum eos consumunt et devo
rant sicut flamma. Hoc est quod super
illud locum iob. absconde eos in
pulvere simul. ait gregorius. Ipsi nigro
res et turris quod sectantur opprimuntur
bene in regum dictum est helye. Ecce
ecce dominus transit et spiritus grandis et fortis
subvertens montes et conterens petras
ante dominum. et non in spiritu dominus. Ip
se enim spiritus superbie sectores suos con
terit. Et post spiritum commotio. et non in
commotione dominus. Ecce avaricia. Et
post commotionem ignis. et non in igne
dominus. Ecce luxuria. Et post ignem sibilus
aure tenuis. id est dulcis inspiratio
gratie. ibi dominus. Similiter hic. Per hoc quod
dicit. ignis egressus est ignis et cetera. luxuria nota
tur. bene iob. Ignis est usque ad perdicio
nem devorans et cetera. Per hoc. Perii po
pule chamos. Quod interpretatur congregatio.
quod notatur avaricia. que congregat et ex
pensum lucri. vel aut abacuc. Ca
libi. ve illi qui congregant non sua et cetera.
Regi amorreorum seon. Notandum
quod sunt amorreos. i. loquentes quod dicunt
et non faciunt. regnat seon.
i. diabolus. Ita glosa. Arnon interpretatur

maledictio. vel illuminatio. quia quamvis luceret
exterius hominibus. maledicti sunt. Notandum quod secundum
Iugum ipsorum disperiit ab esebon. Quia ma
li non imparati cogitationibus non eas re
gunt. Usque dybon. i. usque dum intelligatur
habundantia temptationes. Lassi pervene
runt usque in iaphe. Quod interpretatur sufflans vel
spirans. Et usque madaba. Quod interpretatur de
saltu. Notandum quod hoc competit clericis ma
xime et similibus qui tamen laborant ut
habeant unde inflentur et sufflent et spi
rent minas. Hoc est lassi pervenerunt in
iaphe. et usque medaba. i. in saltum. Nota
quod saltus est congregatio arborum infructuosarum. id est
congregatio redditum vel dignitatum. vel congregatio
malorum in inferno. Misit quoque moyses. i. lex
debet mittere nos. Qui explorarent iaser.
id est fortitudinem mundi. Cuius ceperunt vi
culos. Quia minima fortitudinem mundi
debemus ad deum referre. Et occurrit eis og
rex basan. Og interpretatur conclusio. vel inter
clusio. Basan confusio. vel ceptrando. et a con
fusione luxurie vix evellitur quia retentus est
ea. sicut nec a tenacissimo bitumine
Et vide ad og nuntios non misit. quia
nullum accessum debemus habere ad luxuriam
Et bene basan dicitur confusio. quia rex est illorum
qui confundentur illa confusione de qua dicitur. Et ex
ierunt confunderentur vehementer quia non intellexerunt
obprobrium sempiternum quod non deficiet. Et ita cum
luxuria nulla est habenda affinitas. nullum
commercium. nullus tactus. Et omnia accessoria apu

peiores contra acceptores munerum

tanda sunt. Inde est quod sequitur. Reseruit eum
uiuum ubi locus populum eius. Omnis enim occasio
omnis constantia. uidelicet colloquia et huiusmodi occiden
da sunt. Usque ad internecionem. id est omnino. ne
fimbrie aliquae peccati remaneant. Unde di
ctum est loth ut egrederetur de sodoma et de
omni regione circa. Uidens autem balac et cetera. Ue
que illuc. Si dederit mihi balac. Ergo peiores
sunt quam balaam qui pro mercede dicunt ali
ud quam deus iubeat. Hoc contra accepto
res munerum. Si balaam qui est auarus
erat non corruperunt munera ut ueni
ret contra uerbum domini. quid erit de adu
latoribus et pseudo predicatoribus. uel de iu
dicibus. Nota. balac interpretatur exclusio uel
deuoratio. et significat illos qui excludere uel de
uorare uolunt ecclesiam. Balaam interpreta
tur uanus populus. iuxta hoc talis est moralitas
Balaam significat prelatos malos. auaros et
et cupidos. qui sepe conducti maledicunt
populo suo. sibi subdito. uocabulo uel realiter
et eum turbant. hoc est importune uexant.
Unde bene competit quod asina. id est simplex populus
uidet gladium angeli euaginatum de quo
iob. Fugite a facie gladii. balaam non. id est
prelatus malus non uidet. quia excecatus est cu
piditate. Aliter potest assignari moralitas sic.
Per balaam ratio. siue spiritus intendens ad tem
poralia designatur. asina significat carnem. Unde
in cantico delbore. Qui ascenditis super ni
tentes asinas. Asina uerberibus cesa increpu
it balaam. ita caro aliqua infirmitate grauata

nata uel turbata. monet spiritum ne decli
net ad terrena. gladius euaginatus est uin
dicta domini quam exercet in carne. Secunda
refertur ad auariciam que nimia fuit in
balaam qui tanta cupiditate fere
batur. ut non tanti monstri. scilicet uocis
asine miraculo terreretur. Quod nota
uitium balaam auariciam ut ait
augustinus. Domino prohibente maledictionem.
obsecutus est cum nuntios ut expecta
rent. domino autem concedente ut ueniret cum
eis. statim properauit. Similis est balaam
omnis auarus. Hunc quoque locum ponit aliud
et cetera. Hoc idem supra. Uerbum quod dominus posue
rit in ore meo. Bene dicit. in ore meo
et non in corde. Ille enim sunt similes balaam
qui in ore habent uerbum. nec retinent sa
porem in corde. Tales sunt mali mer
cenarii. Notandum quod balaam uanus
populus interpretatur. et maxime cupidi sic
appellantur. Unde petrus in secunda epistola c. ii.
Derelinquentes uiam rectam errauerunt.
secuti uiam balaam ex bosor. qui
mercedem cupiditatis amauit. correp
tionem uero sue uesanie habuit subiu
gale mutum hominis uoce loquens. Sequens
prohibuit prophete insipientiam. Item
iudas in canonica epistola c. ii. Ue illis
qui uiam chaim abierunt. et errore
balaam effusi sunt mercede. et in contradi
ctione chore perierunt. [illegible]
De aram adduxit me rex balac.

Rex balac. contraria potestas. scilicet dia-
bolus qui circuit querens quem devoret. ad-
ducit balaam. i. vanum populum. i.
populum cupidorum. De aram. Sume
aliam litteram. De mesopotamia hoc
est de medio aquarum. hoc est de fluxu
cupiditatis vel luxurie ut malum
faciat. Ad litteram enim mesopota-
mia fluminibus babylonis irriga-
tur. Sed per hec flumina fluxus luxurie
et concupiscentie. De quibus. Super flumi-
na ba. il. sedi. et cetera. De montibus ori-
entis. i. superbie et sumitur tamen
mons quandoque orientis in malo. et ali-
bi sumatur in bonum. ut ibi. Leva-
vi oculos meos in montes et cetera. Dicitur autem
hic mons superbie a nomine illius de
quo dicitur in zacharia. Quis tu mons
magne coram zorobabel in planum.
Sive in hac serie notantur tria vi-
tia. Per balaam avaritia. Per meso-
potamiam luxuria. per montes orien-
tales superbia. Veni et maledic ia-
cob et detestare israel. Alia lit-
tera. Supermaledic israel. Per iacob
activos. per israel contemplativos
intellige. Diabolus enim vult activos
maledici. et contemplativos supermaledi-
ci. Hoc est quod iob dicit. Absorbebit
fluvium et non mirabitur. et adhuc

habet fiduciam quod influat iordanis in os eius.
Per iordanem intelliguntur sancti quos diabolus
nititur in descensum precipitare. Iordanis enim
descensus interpretatur. Hoc contingit detractores
et emulos. qui gratiam christi sanctis in fratribus suis
volunt impugnare. scilicet diminuendo et
detrectando. Unde apostolus. Spiritum nolite ex-
tinguere. Sed hi peiores sunt balaam. qui po-
pulo a deo benedicto noluit maledicere.
Quomodo maledicam cui non maledixit deus.
De summis silicibus videbo eum. Notandum
quod verum israelem. i. claustralium conversationem
nemo nisi per aliquis intueri nisi sit in rupibus
vel silicibus vel collibus. i. in eminentia vir-
tute. Balaam enim ascendit colles ut con-
sideraret israel. et tu existens in valle
fluxa huius seculi quomodo poteris considerare contem-
plativos. Per silices vita iustorum. In sili-
cibus propter quatuor notantur. Duritia. alti-
tudo. stabilitas. inaccessibilitas. et ista
bona operantur claustralibus. Vita enim eorum
dura est per vite austeritatem. alta per contem-
plationem. stabilis per constantiam. inaccessi-
bilis brutis animalibus. Unde in iob legitur de aqui-
la. In petris et in preruptis silicibus commora-
bitur. Certe silices prerupti sunt sancti. Unde ysaias.
Munimenta saxorum sublimitas eius. Populus
solus habitabit. In illa solitudine de qua
ieremias. A facie manus tue solus sedebam. Idem
Sedebit solitarius et tacebit et cetera. Sequitur. Reges.

et consules edificant sibi solitudines. Et
inter gentes. Gentibus inuentes. Non re
putabitur. Quia scilicet despecti sunt mundo
preciosi sunt deo. quia preciosa in conspectu domini
mors sanctorum eius. Item. Hereditas mea preclara
est mihi. Moriatur anima mea morte iustorum etc.
Multi ita dicunt. et tamen sedent in ta
bernis. uel peiora quod faciunt. et uere sunt
balaamite. qui desiderant nouissima
illorum. scilicet beatitudinem. sed non per mas
tribulationes. Isti sunt pigri de quibus in prouerbiis
dicitur. Vult piger et non uult. anima
autem operantium inpinguabitur. Et ibidem
Desideria occidunt pigrum. noluit
manus eius aliquid operari. et tota die con
cupiscit et desiderat. Iustus autem tribuet
et non cessabit. Sed hec est regula apostoli Si
compassi fuerimus et conregnabimus etc. Item. Non emu
letur peccatores cor tuum. sed in timore
domini esto tota die. et spem habebis
in nouissimo et prestolatio tua non au
feretur. Gregorius aliter hoc intelligit.
unde glosa eius. Quidam sunt qui peccata propria
in ecclesia deflent. sed extra exissime
nimio maximo peccato succumbunt. non
sunt memores fletus sui. Tales sunt simi
les balaam. qui petit nouissima israeli
tarum et statim dedit consilia contra eos.
In illa glosa. Moriatur anima mea etc.
dicitur. quod sunt quidam qui pluries orant in ecclesia.
et compunguntur ibi sicut balaam. cum

dicit uidens castra illorum. Moriatur
anima mea etc. Sed quam de ecclesia exeunt
aliqua cupiditate excecati. ita agunt
ac si numquam fleuissent. Vnde ait. Ba
laam compungitur. nec tamen tacere propter
quod paulus temptatur et tamen eum culpa
non inquinat. quia nec malos bona imper
fecta adiuuant. nec bonos mala temptationis
consummata condempnant. Virtutis pon
dus oratio non habet quam perseuerantia non
tenet. Vnde. Vult anime non sed amplius
in dulcia mutari. Dixit quoque balac
Veni mecum in alium locum. Balac
putauit quod balaam timeret multitu
dinem. et ideo uoluit eum ducere ad alium
locum. ubi non uideret nisi partem.
Ita facit diabolus. Si non potest corrumpere uni
uersitatem. corrumpere nititur partem. Item
Si non potest uincere in uno uicio. temptat
in alio. Cui cum dominus occurrisset. posuissetque
uerbum in ore eius ait. et cetera usque illuc Non est
ydolum in iacob etc. Nota differentiam
inter ydolum et simulachrum. Simula
chrum est rei existentis similitudo. ydolum
rei fictitie. Ideo dicit apostolus. ydolum ni
chil est. quia nullius rei naturalis repre
sentaculum. Mistice. Sta balac et
ausculta. Ille cum dominus uerbum ponit
in ore debet dicere peccatori. Sta. Be
ne autem coniunguntur Sta et ausculta.
Vt per uiam uigilantia. per aliud solli

amico. Vnde iohannes baptista. Amicus autem sponsi qui stat
et audit, et gaudio gaudet propter vocem
sponsi. Audi fili Sephor. Balac sig
nat peccatorem. unde bene dicitur filius Se
phor. quod interpretatur speculum. Siue placens
siue adherens. Hoc triplex monstrum.
Auaricia enim significatur per speculum. quod
est pinguitudinis. Superbia per auem que
uolat in altum. Luxuria per hoc quod dicitur
placens. siue adherens. In luxuria enim est
delectatio. et ita ualde placet, et ual
de tenax est. et ita est adherens. Hinc
est quod in euangelio duo excusari per ta
lem. ducens autem uxorem non. In quo
notatur quod in auaris et superbis aliquando est de
uotio. uel cognitio peccati sui. sed in luxuri
oso non. Immo totus talis absorbetur ab
ea. Ad benedicendum adductus sum. Ita
quibus ad benedicendum debet duci. iux
ta illud apostoli. Benedicite et nolite ma
ledicere. Non ydolum in iacob. et cetera. Hoc
contra cupidos et claustrales. qui cum faciunt
bursas et thesauros. contra est. debetur ydo
lum in iacob. et simulachrum in israel. Ha
bitacula habet. Non erit labor in iacob.
nec uidebitur dolor in israel. Hec est prophetia
de statu penitentie. quando absterget deus omnem
lacrimam ab oculis et cetera. Vel dictum est quantum
ad presentem statum. Licet enim sancti lugeant
exterius. tamen gaudent interius. Vnde Ibi dicitur

discipuli gaudentes a conspectu concilii et cetera.
Item apostolus Quasi tristes semper autem gaudentes
Item ysaias Deficient pueri centum annorum   c. ix.
et laborabunt iuuenes et cetera. Dominus deus eius cum
ipso est. Hoc est quod dicitur in psalmo. Cum ipso sum
in tribulatione. Et nota hic quod clerici uel
famuli debent esse cum dominis suis. non e contrario.
quasi dicat. seruiens illi et cetera. Et clangor victo
rie. et cetera. id est predicatio uictorie in illo
est qui in se habet quod dicit. uel qui portat cru
cem quam predicat. Multi sunt qui predicant
qui tamen os suum ad opus non retorquent. Vnde Salomon
in prouerbiis. Abscondit piger manum suam
sub ascella. nec ad os suum manum ap
plicat. Vel clangor uictorie. Sunt stigma
ta christi. que debet qui predicat in corpore ferre
Forte enim predicant uestes aspere claustral
les. mortem christi quam ciborum copia. Clangor
ad tubam refertur. et tuba signum est pug
ne. Imitatio autem crucifixi est tuba qua dia
bolus prouocatur ad pugnam. Vnde de uiris
sanctis dicitur quod parati sunt suscitare leuiathan
Clangor ergo uictorie regis in illo est qui sig
na crucifixi gerit in corpore cum apostolo di
cente. Stigmata ihesu christi in corpore meo
porto. Deus eduxit eum de egypto. De tene
bris uiciorum. Cuius fortitudo similis est rinoce
rontis. id est unicornis. per quem christus significatur
propter hoc quod est unum cornu electum. id est unum
regimen eius. Non est augurium. Quia longam
uitam sibi promittunt diuini sunt. qui de potentia

sua presumit augures scilicet. Augurium enim
a garritu avium consultat. quod nichil est. similiter
et talis potentia. Contra tales dicitur in levitico
Anima que declinaverit ad magos et ariolos. et for-
nicata fuerit cum eis. ponam faciem meam contra
eam. Ecce populus ut leena consurget. et cetera.
Nota quod alia littera habet. Sicut leo exultabit
et sicut catulus leonis. Vetus dicitur quoniam dicuntur leones
quandoque catuli. Leones perfecti. catuli sunt
proficientes. Unde Salomon. Fugit impius nemine perse-
quente. iustus autem ut leo confidens absque ter-
rore erit. Item. Catulus leonis tercia die exci-
tatur rugitu patris. Ita et claustralis. Primus
dies est penitentie in hoc seculo. Secundus dies est
perfectio in seculo. Tertius est perfectio in claustro.
Vel secundum activos potest idem intelligi sic. Pri-
mus dies est contritionis. Secundus confessionis. Terti-
us satisfactionis. Vel leena dicitur mater unde
parit leunculos. id est primos. Non accubabit
donec devoret predam. Triplex est preda. super nos
scilicet regnum celorum. Unde. Regnum celorum vim pati-
tur et violenti rapiunt illud. Iuxta nos. scilicet proxi-
mi. qui in lege dei et studio est captivandus. Unde
Iob. Numquid capies leene predam. et cetera. id est ecclesie.
Infra nos. ut repressio motuum. Unde Trenis.
Oculus meus depredatus est animam meam. Huius modi
ergo predam capit ecclesia. Unde in proverbiis de muli-
ere forti. Dedit predam domesticis suis. et ciba-
ria ancillis suis. Et occisorum sanguinem bibet.
Omnis anima in sanguine est. sanguis est occisorum ver-
ba sanctorum est. quia per verbis suis. scilicet per predicatione
christi. sanguinem suum fuderunt. Item. Sicut in

sanguine est vita: ita et in verbis sanctorum est
vita. quia verba domini spiritus et vita sunt. Et hec
verba predicant sancti. Sanguinem occisorum bibe-
re est verba sanctorum adimplere. et eorum exempla
imitari. Cumque duxisset eum super verti-
cem montis Phegor. Nota. Diabolus
collocat suos super verticem Phegor. Dominus
autem collocat suos super verticem montis
Synai. Phegor interpretatur oris hiatus. et sig-
nificat luxuriam. que semper habet patulos
hiatus. Unde Ieronimus. Voluptas insatia-
bilis est et famem sui parit. Non sufficit
diabolo collocare suos super Phegor
sed super verticem eius id est super gloriam lu-
xurie. Non enim sufficit ei ut lu-
xurierent. sed ut in luxuria glorientur
quod peius est in huius modi carnalibus
qui impudentes sunt de luxuria
sua. Immo dicunt. Ego corrupi
illam nobilem. E contrario autem dominus ponit
suos discipulos super montem Synai
quod rubus vel mandatum interpretatur. quia fa-
cit eos implere. et aspirantes tabulas
preferre. Qui respicit in solitudinem.
Hoc bene convenit luxurie que in deser-
tum pene eterne hominem detrudit. et
ita desertum respicit. Dixit Balaam
filius Beor. Quod interpretatur impulsio vel im-
pellens. Et vere populus vanitatis filius est
diaboli impellentis. id est suggerentis.
Cogere enim non potest. sed suggerere. Unde dicit
ait. Si filius dei es. mitte te deorsum.

Non ait. unctam vel unctio. Item ysa
ias. Incuruare ut transeam. Vel impel
lens dicitur diabolus quia omne peccatum im
pellit habet. Filiis quoque eius scilicet quibus dicitur Vos
ex patre diabolo estis. Cuius obturati
oculi. Obturatos habet oculos qui in sim
plicitate animi misteria sacra cognos
cit. et ita habet oculum. scilicet obturatum quia
mores ab errore non corrigit. et tamen
assiduus est. Auditor sermonum dei.
vel ad sciendum vel ad lucrandum. Contra
quod dicitur in libro sapientie. In simpli
citate cordis querite illum. Aliter non
bonum. Qui auditor sermonum dei est ob
turatos debet habere illos oculos qui pri
mis parentibus aperti sunt. id est oculos
concupiscentiarum. Caste enim intuendum
est ei qui verbum dei audit. Unde Eloquia domini
eloquia casta. et est Qui visionem omnipotentis
intuitus est. id est qui spiritualia videt. Unde
oportet quod oculos mentis apertos ha
beat. oculos vero carnis clausos et ita
potest videre visionem dei clausis scilicet
oculis carnis. Sic paulus apostolus oculis
nichil videbat. Contra de malis ysaias.
palpavimus Et ceci omnes videntes vana. Ma
li ceci sunt in spiritualibus. videntes in tem
poralibus. Contra ... Qui cadit. hu
miliando se. Vel cadit in tribulatione
vel sic. id est per vexationem. Apertos ocu
los est. quia ut ait ysaias. Vexatio dat

intellectum. Item. Ipse faciet eos ignoscere quod non ...
Item. Multiplica iniquitates eorum precepta
accedit. Propter hoc tacens dicitur in iezechiele
Et scient quia ego dominus. Vel de casu humili
tatis dicitur. Qui enim vult haurire de puteo
oportet quod se humiliet. Unde in libro sapientie
Sentite de domino in bonitate. Ibi dicit glo
sa. hoc est in scriptura pie legite et intelligite
Sed quid est quod balaam. id est vanus populus in
struit. hoc est quod flagellato pestilente et cetera.
Cum enim impius digne punitur. vel morte
vel morbo. tunc est proverbium sansonis. De come
dente exivit cibus. et de forti egressa est dulcedo
id est castigationis et tunc dicitur per. Numquid propheta
balaam. Unde in iezechiele ubi fit mentio
vel sermo ad tyrum. dicitur. Numquid non ad so
nitum ruine tue. et gemitum interfectorum tuorum
cum occisi fuerint in medio tui. commovebuntur
insule. Quam pulchra tabernacula tua
iacob. Tabernacula simpliciora sunt. et tento
ria preciosiora. Iacob itaque tabernacula
israel vero tentoria. Activorum enim opera sunt
grossiora. et contemplativorum preciosiora. hoc
est quod rachel erat speciosa. Lya vero lippa
Alia translatio habet. Quam bone domus tue ia
cob. et tabernacula tua israel. Iacob lucta
tor est et domus eius quiescentium. tab
nacula laborantium. in itinere. Per hoc
quod hic dicitur ostenditur quod luctantium ta
lis erit quies. et ibi domus contemplati
vorum non erit finis quia semper contemplabuntur.

Et ita semp stant in tabnaculis. non tm
in labore. s; in itinere conteplatonis
et ita conteplatoz tabnaculu semp
erit. Ut enim ita dicam. semp fruentur
visione dei. Unde dr. Ut recipiant vos i
etna tabnacla. Ut valles nemorose. alia
litta. Nemorosa umbrantia. Qd bn iustis
conuenit. qa q p iter dei incedit. p umbra
patarcharum 7 pphaum transitum facit. Item
Vallis humilis est. nem sublime. Nota tria.
commendatones in viro iusto. Vallis g ne
morosa est. sublimitas humilis. l' humili
tas sublimis. Hec e vallis in uertice
montis phasga q mons dolatus interp
tur. qa plani 7 sine scrupulo peccati. 7
alti in uirtutibz humiles ee debent. Hec e
cedrus libani cum ysopo. Hec se spice in
valle raphaim. qd sublime interptur. Ut
orti iuxta fluuios. Notandum. Aia debet ee
sicut ortus irriguus. 1 iuxta fluuium. Unde
Ieremias. Erit aia eorum qsi ortus irriguus
Ysaias. Et germinabunt inter herbas qsi sa
lices iuxta pfluentes aqas. Item in cant.
Ortus conclusus 7 c. Item ysaias. Ponam in
solitudine delicias 7 c. Ortus irriguus
e in q fons salit. Ortus g de q hic a
gitur debet ee in q fons saliat et
iuxta fluuium. In fonte gra. in fluuio
doctrina intellr. Unde in cant. Surge flà ortum
meum. 7 fluent aromata. s. doctrine 7 c.

Item in pslo. Erumpe celsum tum 7 lig.
ea. Ecce fons. Flabit sps eius 7 c.
Ecce fluuius. Uel sic licet aia sit
ortus. tm oportet qd sit iuxta flu
uium. s. lacrimarum. Nullus adeo iustus
q non indigeat penia. Unde pr famu
lias in ewangelio in uinea fodit
torcular 7 edificauit turrim 7 c.
Ecce licet eet turris in uinea. opor
tuit tm ee torcular penie. Item
Sedebit dns conflans 7 emundans ar
gentum 7 purgabit filios leui. Item Ie
remias. Benedictus q confidit in hoie.
supple. iusto. Erit enim qsi lignum trans
plantatum se aqas qd ad humorem
mittit radices suas. Qui cedri
pter aqs. id e pe. Cedrus uirtu
altitudinem signat. aq gram. Ce
drus g aqs est. altitudo funda
ta in gra. Te est cedrus iuxta
aquam. qn altitudinem tuam attribu
is gre dei. De pprietatibz cedri
quomo iustis conuenit. in pslo ibi
Et arbusta et cedros dei. 7 i ge
nesi ubi agitur de archa noe.
Et in leuitico. 7 in canticis cant
ibi. Fluet aq de situla eius. Ce
ista aq. pdicatonis 7 instructonis
hoc e q dr. Cedit ime fluet de
uenit eius. 7 c. De situla ei. i. dedo

circa eum. hoc est. qui audit dicat
ueni. Et semen eius erit in aquas multas. Id est semen eius est in aquis. quia per
aquas praedicationis illius quam sluxi fuerant. fiunt firmi et stabiles
in bono. Tolletur propter agag. i.
de terra uiuentium. Propter agag
regem pinguissimum. i. diuitem
uel potentem. Rex eius. i. rector
eorum. quasi diceret. Si pro pinguibus huius
mundi. uel pro muneribus. uel pro acceptione personae deserit. ipse tolletur de
cetu sanctorum. Deuorabunt gentes. i.
terrenos mores. i. carnales. hostes
illius. i. hostes fidelium. Ecce luxuria
que ita absorbet hominem quod non est in
euangelio aliis se excusantibus. ille
se excusat quia uxorem duxerat. Ossa
que eorum confringent. per superbiam. Unde
Dissipabit dominus ossa eorum qui hominibus placent.
Id est superbi erunt per superbiam suam contempti. Unde in libro sapientiae. Corripiet
iniustos a superueniente iniquitate sua.
Et perforabunt sagittis. i. aculeis
curarum. hoc competit auaritiae. Auari enim semper perforantur sagitta barbellata. hoc est bifurca. ad retinendum
et ad dolose acquirendum. Accubans
dormiuit ut leo. Dormire peccatum
significat. Si quando iustus dormit. i. per peccatum cadit accubat ut leo. quia per gratiam

suscitatus fortior surgit. Et hoc tertia die
rugitu patris. hoc est per tertiam partem penitentiae. Qui maledixerit tibi erit ipse maledictus.
Nota glosam origenis. Ecce puto
puto quod non solum maledicat christo qui sermone profert aduersus eum maledictum.
sed et qui sub nomine christiani male agit.
qui turpiter uiuit et inhoneste. ubi sanctum
dicis nomen eius facit blasphemari. Sicut non solum dominus benedicit. qui sermonibus solis et actibus. uita et moribus facit
dominum benedici. Iratusque balac contra balaam
complosis manibus ait. Notandum quod balac
idest deuorator diabolus. complodit ex
uehementi dolore manus suas quando ille
inducit aliquem ad maledicendum uel
male operandum. et dominus elicit bonum
ex suggestione illius. uel ex peccato alterius.
ut fuit in maria magdalena et
egyptiaca. Uel ubi martyr gloriatur de
pena sua. et non uincitur cum uincatur.
Decreueram quidem honorare te. Nota quod
hoc saepe improperat diabolus claustrali
et suggerit ei. Quare reliquisti mundum
et cum uilibus pannis habitas in claustro
amisisti archidiaconatum illum. uel illam
praebendam quam haberes si adhuc in
seculo maneres. i. cum regibus in curiis
et hic. Nonne dixi. Si dederit mihi balac et
cetera. usque quicquid dixerit dominus. hoc loquar.
hoc totum ut supra capitulo proximo. Uerum

pgens pgens ad poplm meū da
bo ɔsiliū ⁊ cetera. Nota q balaam n̄
nocuit u'bo. s; consilio. p q̄m q̄dā
mali signant̄. q̄ sic̄ balaam n̄ u'
bo. s; ɔsilio ⁊ ope nocent. Orietr̄
stella ex iacob. hic ē apta pphia de
xpo. vn̄ sic debet legi littera. Stel
la. i. xpc. Orietr̄. p carne. Ex
iacob. Poplo iudaico. Et pcutiet
duces moab. Qd factum est p dd.
q̄ eos subiugauit. Dixit hō cui
obturat̄ ē ocul9. Greg9. Electi q
qd non debeant peccare pudenti
ido eoꝝ oculi ante casū patent.
Iniq̄ u' post casū oculos apiut. q p
culpam suam iam in pena ɔspiciūt
qd malū debuit uitare qd fecit.
Q noui doctrinam altissimi. Lpt
hoc dicit salomō. Serua manda
ta uiuens. ⁊ legem meā q̄si pu
pillā oculi tui ⁊ c̄. Deīde. liga eā
in digitis tuis. ⁊ c̄. Q cadens ap
tos hēt oculos. Cadit q cordis in
tentione a t'ra non leuat. apertos
hēt oculos ut mali claustrales q tre
mis iiac... ⁊ tn̄ ɔsidationem suā
ad ɔtēplationē exaltat. Nota glosā.
Sepe mali eterna iudicia inspiciūt.
pdicationem celestis patrie cū au
dit diligit. ⁊ opa dispensationis ob

stupescit. Iacens q̄ miracula ɔsidat
op dī potentiā sciendo pensat. s; ui
uendo non amat. Et ē tales sūt cleri
nr̄i tempis. qui uident q̄ facienda
sūt. ⁊ tamē nichil face uolunt. vn̄
eis competit qd dr̄. Descenderunt
in infnū uiuentes. Qdā u' descendūt
in infnū mortui. q̄. s. ex ignoran
tia peccant. viuentes ex ɔscientia
Et notand̄ qd glosa dicit ibi. Ori
etr̄ stella ex iacob. ⁊ c̄. p stellā acci
pit diuinitatē xpi. ⁊ p uirgā hūilita
tē. q. d. ds erit hō. Nota ppetuē
stelle. siue ipsam stellam q̄ appa
ruit magis in oriente. q̄ uenit u'
etat puer. vel p stellam beata u'
go q̄ orta est ex iacob. i. poplo
iudeoꝝ. p uirgam xpm. q̄ ut le
git̄ in principio ierē. fuit uirga ui
gilans. vigilās bonis. flagellū ma
lis eos puniendo. Itē visitabo i uirgā
iniq̄tates eoꝝ. Hoc ē q dicit ysaias
Egredietr̄ uirga de radice iesse. Mo
rale p stellam lux bonoꝝ. vn̄ Sic
luceat opa ura bona. ⁊ c̄. p uirgā
castigatio signatur. vn̄. Reges eos
i uirga ferrea. ⁊ c̄. Et ē sensus. Si stel
la. i. lux bonoꝝ orietr̄ in te. statī
ɔsurget uirga. i. castigatio inimi
te tua. Et pcutiet duces moab.

Hinc ē qd dr̄ in pso
Priqm humiliarer
i pena. s. Ego deliq. h' ē
q uexatio dat intellm.
Itē. Ds scuabit filius
dolore patris. ⁊ Rur9 ɔ
didicit. tr̄. sciunt. i.
sapientes fiet i pena
Nota h' t'bi u'. ad exercitatō
ne. ad scientiam.

id est demonum principatus. Unde ad colosenses
principatus et potestates tulit affigens
cruci sue. Aliter erit non saluarentur moabi
te. non prius uastarentur duces impietatis
Vastabit quoque omnes filios seth. id est iustos
in quibus peccata destruit et consumit.
Alia littera. Predabitur. quia ipsos predatur dominus. qui
eum in se trahendo. Vnde Nemo uenit
ad me nisi pater meus qui misit me traxerit
eum. De huiusmodi predatione dicit ysaias
loquens de apostolis. Volabunt in humeros
philistiim. id est peccatorum et predabuntur fili
os orientis. In bonum scilicet gentes. Et erit
ydumea possessio eius. Caro scilicet seruit
et spiritui. Idumea enim. id est caro. est pos
sessio spiritus. quando caro cogitur seruire
spiritui. Et cetera. Hereditas seyr. id est his
piditas peccatorum. Cedet inimicis su
is. id est uitiis. Israel uero. id est spiritus. for
titer aget. Nisi enim fortiter agat spiritus
in uirtutibus abiecta ignauia non erit
ydumea possessio eius. id est caro subie
cta ei. De iacob erit qui dominetur et perdat.
christus. scilicet in iudicio. Reliquias ciuitatis
id est tumultum mundi. quia reliquie ipsi
us manebunt. Hec est ciuitas quam dominus non ingre
ditur. Cumque uidisset amalech assumens
parabolam. Cumque uidet amalech. id est
lugentem terrena. debet quoque eum assumere
parabolam. quia etiam balaam qui malus

erat et de eis erat. hoc fecit. et per se alios
nouerat et ideo ei credendum. cum quis dicamus prin
cipium gentium amalech. Hoc est quod principes
et capita populorum maxime sunt amalech. id est
lugentes terrena. id est maxime dediti mun
do. et inimici dei. Vel principium gentium
id est sunt precipui et maximi gentilium inuen
tum. Sed audi finem talium quis sequitur. Cuius
extrema peribunt. id est post mortem cruciabuntur.
Hoc est. Ducunt in bonis dies suos. et cetera.
Vel est sensus secundum quod dicitur in libro sapientie
Nationis iniquę dire sunt consummationes. Vi
dit quoque cyneum. et cetera. Cyneus a cham qui infra
ponitur. interpretatur luctus uel modus uel possessio. Hu
ius diuites et potentes mundi. quorum modus
uel possessio luctum parit eternum comitem. qui
bus ipse balaam. id est uanus mundi populus.
qui horribili morte sepe. immo cotidie ante
oculos eorum rapiuntur de gloria diuitiarum ad infer
nos. nonne sic predicare non cessat. Robu
stum quidem est habitaculum tuum. Ad litte
ram in rupibus collocabatur. Hoc est munitus
es. scilicet diues. potens filiis et famulis circum
datus. et licet talis sis. non tamen permanebis. Hic
concordat quod dicitur in genesi de illis qui uenerunt
ab oriente in campum sennaar. Sed si po
sueris in petra nidum tuum. hoc est. Si ita fu
eris exaltatus ut plus uel firmius non possis in
hoc mundo. Et fueris electus de stirpe
cham. id est maxime inter mundanos et po

cham

tentes. Quam diu poteris permanere?
Ac si dicat quod ait iob. Laus impiorum breuis est. et gaudium ypocrite instar puncti. Ieremie. c. xlix. Arrogantia tua decepit te. et superbia cordis tui qui habitas in cauernis petre. et niteris apprehendere altitudinem collis. Cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum. inde detraham te. et eris ydumea deserta
Item de nido eius abacuc. Ve qui congregat auariciam domui sue. ut sit in excelso nidus eius. Gregorius et origenes hoc totum exponunt in bonum de cyneis. Robustum quidem habitaculum tuum. si in petra. id est in christo. Assur enim. id est diabolus. capiet te. mittens te in gehennam. Heu quis uicturus est quando faciet ista deus?
Si sic suspirauit et desiderauit dolens balaam per aduentum christi tam remotum et non solum balaam sed multo plus sancti ueteris testamenti. quid nos qui iam uidimus uenisse. agere debemus. et quanto gaudio ipsi adherere uti deberemus? De hoc gaudio dominus ait discipulis suis Multi reges et prophete uoluerunt uidere que uidetis. et cetera. Vnde iob. Quis mihi det adiutorem ut audiat deus desiderium meum. et librum.

Et librum. id est euangelium et cetera. Venient apostoli. scilicet et predicatores. In trieribus. scilicet contra tria uicia armati. scilicet auariciam. luxuriam. superbiam. Hinc est quod propter ista tria uicia demones dicuntur tergiuersatores. ut dicitur in deuteronomio. Hinc est quod in ecclesiaste dicitur. Qui uero de balaam dolauerit in terrenos tuos. quod fit quando qui prius dissolute et ingenuiter uiuebat. se mortificationi penitentie subicit. ut sic aptus regeret ecclesiam dei et ita fit uerum. Sancti enim remis sunt et naues. fluctibus seculi calcantes. De italia. quod interpretatur excessus mentis. De contemplatione enim ueniunt qui predicant et uenire debent non de consanguinitate. non de pecunia et huiusmodi. De quo dicit apostolus. Siue mente excedimus deo. siue sobrii sumus uobis. Superabunt assirios. id est superbas gentes. Et ad extremum ipsi peribunt. Sic est quod mali in fine pereunt. Vnde ue qui predaris nonne et predaberis. Morabatur autem israel in sethim et cetera. Initiatus que est israel beelphegor. id est consecratus est. Notandum quod in detestatione luxurie. quod nullum de omnibus malum elegit balaam ad prouocandum dominum contra filios israel nisi solam fornicationem. Tolle cunctos principes et suspende eos. et cetera. Sed quanta fuerit hec iusticia? Dicimus quod magna. quia uidentes populum israel delinquere non corripuerunt. Vnde principes pro negligentia suspensi sunt. Dixit que dominus ad moysen. Phinees filius eleazari filii aaron et cetera.

hic accipe exemplum verum tamen de
sollicitudinis prelatorum et negligen-
tie puniende. Moraliter hoc capitulum
facit ad detestationem luxurie
et ingluviei et negligentie prelatorum.
Israel morabatur in Sethim. quod interpretatur res-
ponsio vel refutatio. et bene talis
locus talibus competit. Ille enim refutat
dominum qui ita respondet beneficiis su-
is per mala opera. Et fornicatus est. Notan-
dum consilium de mulieribus madianitis
in quo datur nobis exemplum fugiendi
peccatum luxurie. non tantum in sua sub-
stantia sed et in circumstantia. ut col-
loquia mulierum visus et huiusmodi. penna
mortis. unde in proverbiis. Mandatum lu-
cerna est et lex lux et via vite increpatio
discipline. ut custodiant te a muliere ma-
la et a blanda lingua extranee. non
concupiscat pulchritudinem eius cor tuum.
ne capiaris nutibus illius. Pretium enim scorti
vix panis unius. mulier autem preciosam
animam capit. In eodem est capitulum .vii. de mu-
liere vaga et iuvene vecorde qui sequitur
eam quasi bos ductus ad victimam et inci-
pit ita capitulum. Dic sapientie soror
mea es. et prudentiam voca amicam
tuam. ut custodiat te a muliere extra-
nea et ab aliena. que verba sua dulcia facit.

Item in ecclesiastico. Speciem mulieris
multi admirantes reprobi facti sunt.
Colloquium enim quasi ignis ardescit.
Que vocaverunt eos ad sacrificia ydolorum.
Nec mirum Salomonem enim amore
mulierum inclinavit genua sua
ad ydola. At illi comederunt. Ieremias.
Saturavi eos et mechati sunt. Et adora-
verunt deos earum. Sedit populus man-
ducare et bibere et surrexerunt ludere et cetera. Nota ordinem. Primo
concupiscentia decipit. Secundo inglu-
vies irretit. postremo impietas
captivat et in vincula trudit.
Totum hoc ex muliere provenit. Propter
quod verbum et consilium dicit Salomon. Longe fac ab
ea viam tuam. et ne appropinques fori-
bus domus eius. Initiatus quoque est beelphegor
Sic ostenditur qualiter unum peccatum
ad aliud trahit. unde ysaias de regione
deserti sic loquitur. Milui congregati sunt .c.xxx.iiii.
alter ad alterum. Item in eodem capitulo pa-
rum supra. Occurrent demonia ono-
centauris et pilosus alter ad alterum
clamabit. Item in eodem. Ve qui trahitis in-
iquitatem in funiculis vanitatis. No-
tandum quod in omni peccato mortali quod homo
facit initiatur homo ydolo diaboli. et qui
habet mortalia tot colit ydola. Tolle
cunctos principes. Ecce principes iubentur

Sermo ad prelatos et iudices

puniri pro peccatis populi. Unde glosa. Si hoc cogitarent homines principatum non ambirent. Et propter hoc dicit Iacobus. Nolite plures fieri magistri fratres mei, scientes quia maius iudicium sumitis. Nec mirum si principes id est prelati pro peccatis subditorum iure benedicuntur puniri, quia pro eorum negligentia deviant et aberrant subditi. Unde de eorum negligentia dicitur in trenis. Prophete tui viderunt tibi vana et falsa nec aperuerunt tibi iniquitatem tuam, ut te provocarent ad penitentiam. Item formam predicatorum ostendit iterum et cum ait. Dicente Moyse ad iudices. et cetera. Occidat unusquisque proximos suos qui initiati sunt beelphegor. Per hoc probatur quod hic fit sermo ad prelatos. Quibus dicitur. Si peccaverit in te frater tuus. et cetera. Huic concordat quod dicitur in exodo. Ponat vir gladium super femur suum. et cetera. Ite et redite de porta in portam et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum suum. Bene dicit proximum. quia prelatus si quem corrigit. sic debet corrigere ut amicum. non ut inimicum. Et ecce unus per hunc aliquis clericus qui est in scientia provectus et sibi unicus et singularis videtur. Contempto Moyse. id est lege. quod facit quando quis legem spiritualiter intelligit et bona clericus est et tamen fornicatur. Unde bene punitur.

Lege. quia per hoc ad stuporem excitamur. hoc est quod superius dictum est. Et cadens aptos habet oculos. Qui flebant. Ita et nos pro proximis peccantibus flere debemus. Unde apostolus. Quis infirmatur et ego non infirmor. et cetera. Quod cum vidisset phinees. Bonus prelatus. Notandum phinees interpretatur ori parcens. vel ore requievit. vel oris augmentum. Quod totum convenit bono prelato. quia oris augmentum est in predicatione. et ore requiescit abstinens a predicatione tempore incongruo. secundum illud. Ut det illi cibum in tempore. Vel ore parcit. ne prelatus loquatur vel prava. Sed hec omnia complet per dei adiutorium. et ita filius est eleazari. quod interpretatur deus meus adiutor. Ut ita ascendat ad montem fortitudinis quod exprimit hoc nomen aaron quod est. et cetera. De quo monte alibi satis dictum est. Igitur ad hoc ut aliquis formam gerat boni sacerdotis oportet quod sit phinees filius eleazari filii aaron. Surrexit de medio multitudinis. Aliis enim dormientibus debet surgere prelatus. Et arrepto. Sic motare movetur. Pugione. Gladio spiritus. Ingressus est Ebreus ovem proditam. Et perfodit ambos simul in locis genitalibus. id est exterminabit peccata in fomite ipso. quod est radicem morbi eradicare. Cui concordat quod dicitur in osee. Adducet dominus ventum urentem de deserto et siccabit venas eius et desolabit fontes eius. Vel aliter ut intelligatur de uno quoque qui malum facit. Quiber

enim lupanar ingreditur ex quo malum conci
piscat. quem phinees .i. xpc per sequentem.
pugione .i. cruce perfodit. quia me
moriam passionis sue cordi eius imprimit.
mit. Virum et mulierem. Vir est spiritus.
mulier est concupiscentia quibus in homine
compunctio ne succidit. Ecce do ei pacem
federis mei. Dominus sibi quod ita faciunt
talem promissionem facit. Erat autem nomen
viri qui occisus est zambri. Notandum
quod generatio istorum cum expressione no
minum commemoratur. ad ostendendum
quod prelatus non debet alicui parcere propter eius nobili
tatem. Vnde in ecclesiastico. Noli querere iudex
fieri ne valeas irrumpere iniquitates et cetera.
Notandum quod zambri interpretatur psalmus vel
canticum. per quem significantur clerici. quibus
competit quod dicitur. In me psallebant qui bibe
bant vinum. Salu. quod interpretatur temptationes respi
ciens. per quem significantur illi qui temptati
oni succumbunt. de quibus dicitur. Facti sunt
canis reversus ad vomitum. Contra dictum est
loth. Noli respicere retro. Dux de cog
natione et tribu symeonis. Qui interpretatur
audiens tristiciam. vel nomen habitaculi.
per quem significantur clerici. quorum habitaculum
sunt laicorum. Sed sub nomine habitaculi intelligi
tur tristiciam fidelibus. Mulier voca
batur corbi. Quod interpretatur calix inmensus
vel imola in. et significatur in hoc clericus qui de
servit gule. et ita se ipsum imolat di

abolo. De hoc calice dicitur in ieremia
Calix aureus et cetera. Filia sur. Quod interpretatur
pater muri vel angustia. et hi muri
sunt in presenti et angustia in futuro
vel sic. huiusmodi efficiuntur quasi mu
rum. et in carceris vel angustie. Nobi
lissimi principis madianitarum. Quod in
terpretatur contradictio vel responsio. Mali
enim respondebunt in futuro contradictio
sua. Ita vero per predicta significantur illi
qui xpo contumeliam faciunt. quibus compe
tit quod dicitur. Vos nomen dei blasphe
matis ingenuos. Locutus que est dominus et cetera.
Mystice notandum. Populus numeratur
in egressu de egipto. et omnes mortui
sunt preter duos. Secundo numeratur populus
cum intravit terram promissionis
et in hoc significandum est quod vetus po
pulus non ingreditur terram promissio
nis. Immo novus. Hoc est quod cayin repba
tus est. Abel vero electus. Idem significatur
in esau et iacob. et idem significatur in
ysmaele et ysaac. et idem in saule
et david. Pluribus maiorem partem dabis.
Mistice per terram possessio celestis .i.
quam qui plures sunt maiorem partem ha
bent. Hii sunt de quibus salomon. Perversi
difficile corriguntur. et stultorum
infinitus est numerus. Paucioribus mi
norem. Id est spirituales minorem par
tem habent. Hoc est quod archa noe lata
fuit in imo. et arta in summo.

Item in cant. Venter eius sicut acervus
Aliter. ita quod intelligatur de terra
superne hereditatis in qua plures sedes
id est plures possessiones. Unde in eccl. Bone
vite numerus est dierum et cetera. Item de
malis dicitur in libro Sapientie. Et si quidem
longe vite erunt pro nichilo
deputabuntur. partem minorem habebit

Accesserunt autem filie Salphaad

Mortuus est Salphaad et filie postu-
labant hereditatem. Intelligitur ita
quod pater operis per filios spiritualia
intelliguntur. Per filias opera sensu-
alia designantur. Filios quidem habet et fi-
lias qui facit opera spiritualia et opera
sensualia. sicut clericus qui spiritualibus inten-
dit et tamen dat elemosinam et hec que
spectant ad sensum. Filias vero non habet
qui opera .v. sensuum ÷ exercet quibus (opa qnq; sensuū)
competit hereditas. Quibusdam quidem data
sunt .v. talenta. ecce opera .v. sen-
suum. scilicet filie. Quibusdam sunt duo. scilicet intel-
lectus et operatio. ecce filii. Habens
autem filias hereditabit in eis sicut
et in filiis. cui competit quod dicitur in Pro-
verbiis. Stellio manibus nititur et
in domibus regum moratur. Per
stellionem laicus simplex intelli-
gitur qui pene intelligentia caret.
et tamen per bonam operationem extollitur.

Homo cum mortuus fuerit absque filiis.

hic .iiii. distinguuntur. scilicet filii sive
filie. patrueles cognati. Per filios illi
qui bona opera faciunt. Per fratres intelligun-
tur illi qui imitantur bonos viventes. Per
patrueles illi qui imitantur mortuos
Per cognatos illi qui a longe imitantur sanctos

Dixit quoque dominus ad Moysen. Ascende in
in montem Abarim.

Quod interpretatur mons
in transitu. vel montes transeuntium. Mora-
liter. Moyses moriturus ascendit in mon-
tem. id est in eminentia vite. Perfectus enim
sicut dicitur invulnerabilis non in valle mo-
ritur. sed in monte. id est in alto loco. quia
vere est perfectio hec in excelso. Unde bene con-
gruit quod mons iste dicitur Abarim. id est mons
in transitu. In monte enim pulsus est
mortificatio carnis. Unde. Ibo ad mon-
tem myrre et cetera. Et omnis mortificatio car-
nis transitoria est. Iuxta illud. Absterget
deus omnem lacrimam ab oculis et cetera. Item. In
monte mortificationis debet fieri specula-
tio. Et illud Ieremie. Statue tibi speculam. po-
ne tibi amaritudines et cetera. Notandum quod Moyses
terram promissionis intrare non potuit. Sed Io-
sue qui non peccavit ad aquas sicut Moyses. In
quo notatur quod oportebat humani generis libera-
torem et introductorem in celestem Ierusalem
esse sine peccato. De hoc invulnerari solus Christus
a peccato liberare potuit. qui peccatum non fecit
Hinc est quod dominus in sermone ad cenam suos
instruens. antequam subiungeret de passione

sua pmisit illis. Venit princeps mundi
huius 7c. q. d. p hoc poteritis scire
quod ego solus ydoneus sum ad liberandum.
quia sine peccato sum. Item. Moyses idea
exclusus est a terra quia non sanctificavit
dominum p fidem ad aquas contradictionis. Sic
7 hodie ob eandem causam excluduntur
multi. De qua quod de petra egredituR aqua lacri
ma p peccatis ab oculo educitur. Un
de plati non sunt circa hec ut debent
solliciti. frequenter expelluntur a regno dei
Provideat dominus deus. 7c. Nota quod mo
yses non elegit filios vel nepotes. non ro
gat ut constituantur duces. Iudicio
enim dei electionem committit hoc dicit
glosa. Hic confunditur eorum psumptio qui
filios vel nepotes sibi in epatum succe
respicit. id est dominum aquilonis. scilicet diabolum. quia con-
fessio semper aquiloni. id est peccato contraria est et per hoc
castra metantur peccatores. ante magdalum. quia
exemplo magdalene satisfaciunt et conversantur
et ita magdalena est eis turris et refugium contra peccatum
Sumitur illud genesis magdalene adaptatur
Ponam arcum meum in nubibus celi. et erit
signum federis inter me et terram. Nubes celi sunt
sancti. Arcus ignis domini in quo sunt duo colores. ig-
nei et aquatici. Arcus iste est beata peccatrix
scilicet magdalena in qua fuit fervor dilectionis
interior. et color aquaticus. id est effusio lacrimarum
exterior. Unde Dimissa ei peccata multa quoniam di-
lexit multum. Hic arcus fuit in signum federis in-
ter dominum et terram. id est inter peccatores. quia in
magdalena spes peccatoribus reservatur. Unde
per osee. peccatoribus loquitur. Dabo vobis vallem
achor. ad aperiendam spem. Magdalena enim
fuit vallis. quia receptaculum omnium peccatorum
et achor. id est conturbata per penitentiam. Et hec datur
nobis vobis vallis per humilitatem. et achor per

peniam. i. conturbans nos. i. monens
nos ad conturbationem cordis per contritionem
& ad quod data. Ad aperiendam spem quia
s. clausa. non tantum sua. sed et iram
s. quia in ea spes tota et fiducia nostra
dependet impetrandi dimissionem
peccati. Profecti de phiahiroth transierunt
per medium maris in solitudinem et ambulan
tes tribus diebus per desertum. Sedem etham
castrametati sunt in mara. Per predicatio
nem apostolorum sine aliorum sanctorum qui sunt os no
bilium pervenitur in mara. i. ama
ritudinem penitentie. Hoc est quod iohannes dicit
in apocalypsi. Dabat in librum qui factus est dul
cis in ore meo. Ecce phiahiroth. s. os
nobilium. Sed postea fecit amaricare
ventrem meum. Ecce mara. i. ama
ritudo penitentis. Expone per partem
litteram. Transierunt filii israel. s. i. iusti
per mare medium. id est mundum. ut non
ad dexteram nec ad sinistram declinarent
transierunt dico. In solitudine. i.
in mundi contemptu. et per ipsum
mundum. Ambulantes. Proficiendo.
Tribus diebus. Contritione. confessione
satisfactione. De hoc triduo dicitur in evangelio.
Quia ecce iam triduo sustinent me.
d. Per desertum. Mentis s. separata
mundi tumultu. desertum dico.
Etham. i. sane fortitudinis. Sa
nam autem fortitudinem exponit qui ait
Obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis
corpora vestra hostiam vivam. sanctam deo placen
tem. Ecce fortitudo. Rationabile obsequium vestrum
Ecce sana fortitudo. i. discreta. Castrametati
sunt in mara. i. in penitentia. Moraliter
Crux dulcoravit aquas marath. Qui enim
memoriam habet dominice passionis. omnia sunt ei
facilia ad sustinendum. Unde egregie salomon
ait. Anima saciata. s. amore temporalium
calcabit favum. i. gratiam evangelii. Anime
autem esurienti. i. peccatori sitienti iusti
ciam. et amara dulcia videntur. i. tribu
lationes. Ut patet in stephano. cui lapi
des torrentis dulces fuerunt. Item. Ut dictum
est in exodo. Ibi constituit populo legem
atque iudicia in mara. et ibi temptavit
eum. Ubi enim est magnitudo glorie. ibi est mag
nitudo discriminis. et ita necessaria est mag
nitudo cautele. Item. Nota ordinem profectus fi
liorum israel. Postquam transierunt mare rubrum et hostes
submersi sunt. Transierunt in mara ubi dulco
rate sunt aque amare. Ita post victoriam hostium
et dulcedinem victorie. iterum restat ama
ritudo. Hinc est quod pascha facientes co
medebant agnum cum lactucis agrestibus. que
amare sunt. Sed non est timendum per tribula
tione sequente. quia teste apostolo. Omnis doctrina
quidem in presenti videtur esse non gaudium. sed me
roris. Postea autem paccatissimum afferet fru
ctum iustitie exercitatis per eam. Item iob. Que prius
tangere nolebat anima mea. nunc pre amari
tudine cibi mei sunt. Postea venerunt in
helym. Ubi erant .xii. fontes et septuaginta

Crux ipsa dulces aquas fecit. Per hanc silex aquas le at

palme. per quod .xii. apostoli et .lxxii. discipuli de
signantur. Castra ergo metari in helym
est uiuere secundum doctrinam apostolorum et aliorum
doctorum ecclesie. Item palma signum erat
uictorie antiquitus. Bene ergo per marath
uenitur quia per labores uenitur ad gloriam
Item Notandum ordinem. Prius est uicto
ria hostium. postea amaritudo. postea dulce
do palme. id est suauitas uictorie. Hinc
helym buzietes in tob. Hec omnia opera
tur deus temporibus uicibus. Quia precedunt tristia et
secuntur leta. Iterum succedunt aduersa et
cetera. Item. Iste ordo signatur in ecclesia. quia
post gaudium temporis paschalis et penteco
sten. statim post octauas pentecostes le
guntur libri regum. ubi multa bella continen
tur. Ecce prima amaritudo. Sequitur consola
tio sapientie salomonis. Item. Sequitur li
ber tob. Ecce amaritudo. Inde consola
tio tobie. Hester et ruth. post bella
machabeorum. Ecce adhuc amaritudo
Nouissime sequitur uisio iezechielis
Ecce iocunditas et suauitas uite eterne
Item Notandum quod mare rubrum transi
erunt et tamen de helym redierunt ad
mare rubrum ut persecutionis anti
qui hostis pre oculis habeamus quantumcumque
lati fuerimus. Profecti quoque de mari rubro
id est de memoria peccati. Metati sunt
castra in deserto Syn. Quod odium
interpretatur. Ex memoria enim peccati surgit
in homine odium et peccati detestatio et ipsa
satisfactio. Item. Syn interpretatur rubus
per quem temptatio. In rubo enim
locutus est dominus moysi. et ex loco in quo locu
tus est nobis deus. incipit temptatio nostra inimici
Inde uenerunt in depheha. Quod
interpretatur pulsatio. quia per odium peccati pul
santi aperitur ianua celestis. Non enim omnis
qui dicit mihi domine domine et cetera. Post castra meta
ti sunt in alus. Quod interpretatur labor. Sine
[illegible] quia qui pulsat laborat
ut aperiatur sibi. Item alus. fermentum
caritas intelligitur. Hoc est fermentum quod
mulier euangelica abscondit in tribus satis
farine. Et hoc bene competit. Prius enim est odium
peccati. deinde quasi medium pulsatio
postea feruor caritatis. Et ita Syn pri
mum est. Alus ultimum. Depheha me
dium. De alus in raphidim. Quod dis
solutio fortium interpretatur. id est amalechi
tarum. Ad litteram enim ibi affecti sunt
amalechite. Vel remissio manuum
moysi. scilicet ad litteram. quia moyse re
mittente manus uincebatur populus. ele
uante autem uincebatur amalech. Mo
raliter. Raphidim interpretatur dissolutio
fortium. fortes sunt maligni spiritus. Bene
ergo hic notatur quod per perfectum laborem po
testas diaboli et suorum dissoluitur. Unde
pressis corporibus qui de suis urbibus per
alus. id est per laborem orationis eiciuntur
In quo si manus fuerint remisse. id est
opera tepida. nedum nulla. ipsi uin
cunt. Per manus enim efficacia orationis. Huic
quia mulier primo operata est consilio ma

mum suavitatis. deinde panem celestem comedit. Item Raphidim interpretatur laus iudicii. Post dissolutionem enim fortium. venitur ad laudem iudicii. sedim illus. In deo laudabitur anima mea et cetera. Ubi aqua defuit ad bibendum. id est in raphidim. quia non peccatum punitur remittitur ab oratione aque autem defecit. et ita fortes homines dissoluuntur per peccatum. id est demones. De quibus. Cum fortis armatus custodit atrium suum et cetera. Diabolus enim tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Item pagina temptatio. Ubi ergo aqua deficit amalech vincitur. quia tam habentes temptationem quam non habentes vincuntur demones quamquam. et meditur non habentes eam. Profecti de raphidim castra metati sunt in deserto synai. Sed et de solitudine synai ad sepulchra concupiscentie. Sed non post syna. id est mandatum legis venitur ad sepulchra quia post et per doctrinam legis vitanda est concupiscentia.

Profecti de sepulchris concupiscentie castra metati sunt in aseroth. Quod atrium interpretatur. quia late deambulant per caritatem qui sibi lascivias carnis subiugant quod et sic fit post artum. tandem latum enim gratum. quia sol post nubem clarius lucet. et in mane post noctem gratia apparet Qua non habundavit delectum et cetera. De aseroth venerunt in rethma. Quod interpretatur sonitus vel iuniperus. quod est arbor que longo tempore ignem conservat. Per sonitum predicatio. per iuniperum fervor caritatis. Venire ergo in rethma est ferventes spiritu sancto dato sonitu evangelium dei predicare. Ut fervor ad iuniperum. predicatio ad sonitum referatur. Unde in cronicis. ut est plena voce et corde devoto deum predicemus et laudemus. Profecti quoque de rethma in remmonphares. Quod interpretatur mali punici divisio. quia in parte rubeum in parte candidum est. et in unitate ecclesiastica est puritas carnis cum fervore caritatis. Per hoc ergo notatur quod predicator evangelii debet manere in gradu et ordine ecclesie non in heresis divisione. Divise enim gradus et divisa officia sunt in ecclesia. in quibus fideles existere debent. id est in concordia catholice fidei. quia ideo non dicit mali divisio mali punici. Inde egressi venerunt in lebna. Quod laterem interpretatur. per quod carnalia opera designantur. Et ille venit ad lebnam qui carnalibus operibus consentit. Nemo enim tam sanctus est qui quamquam in peccatum non declinet. quia hec sancta homines ut quamquam crescat per opera virtutum quamquam decrescat per peccatum. Et ita laterem. id est ad carnis opera. Vel per laterem potest intelligi memoria peccati quam oportet habere post veniam monphares. Vel secundum aliam interpretationem. Lebna interpretatur dealbatio. De qua. Dealbabuntur in selmon. Item in apocalipsi. Capilli sedentis in throno erant albi sicut lana. Item. Asperges me domine ysopo et cetera. Et de lebna castra metati sunt in ressa. id est in frena. quia per laterem frenandi sunt. id est ab operibus

ad

Ressa

carnis reuocandi. et post declinatio
nem in peccato infrenandi. et
cursu uago per precipites septarum
retinaculis distringendi. Vnde in chi
nearis. In chamo et freno maxil
las eorum constringe. Vagi enim motus prius in
perfecti mente interimendi et suf
focandi sunt. et allidendi ad petram
christum. In matutino. Primo cogita
tionis. Vt inclusi in cenaculis. id est.
in bicameratis doctrine utriusque testa
menti et legis fidei trinitatis. includantur
omnia animalia in archa. Et notandum
processum et profectum uiri consummandi.
Venerunt enim de tapidum. id est. dissolutione
locatione florum concupiscentiarum. que
sunt philacteria ydoli baal. ad perfe
ctam cognitionem legis. Inde ad se
pulcra concupiscentie. id est. ad plenam
exploratione suorum ipsius peccatorum precedentia
tia peccata. Que nichil aliud se in
dicat nisi sepulchrum concupiscentie. Immo
plura sepulchra secundum numerum
peccatorum. Assimilis in duello uictoris
uel lectoris. qui suam imaginem intue
tur in speculum et sive facies macu
las. ut eas mundet et purget in la
uacro caritatis. Sicut metallum in
fornace intueri debet et sic perfi
cit. In asseroth. Vbi hostis stolas
suas latam et candidam. Ecce hunc sunt
funiculis ade et funiculi caritatis. C

peccata

Et sic anima hostescente per liberum acceptum. et per
prius statum recognitum. et gratiarum actionis
deuotione festinat indeficiente uel incessante
sante desiderio eum querere dilectum. et alios
ad idem inuitare perdiscendo. Quod est uenerunt
in rethma. Quod hoc non est circueundo
uicos ciuitatis et inuestigando uigiles mu
rorum. id est fide catholica. et per ecclesiam quae in diuersis
ordinibus consistit. recte inde profectus sequens dicitur
Remonphares. id est diuisio mali punici.
sicut patet ex precedentibus. Et consequenter interpo
ditur. hoc lucrum. Vt subrigens calceo quasi latera. ut
frenum discretionis ei imponatur. ne uulpe
cule stillantes procedant ad demoliendam
uineam domini sabaoth. Et inde mens diri
git in ceelatha. id est ecclesiam que est cella uina
ria. ortus aromatum. Et opus refrenans et eli
dens in se motus orientes carnalium desi
deriorum. Quod sic rex existens. Firmiter posi
tus in regimine sui. et ex re dignus dici rex
sui. statum dignius heres potest ecclesie regende
et corrigende. Vnde consequenter legitur quod uene
runt in macheleth. Quod interpretatur uirga uel
principatus. Vnde prelati potestas intelligitur. ad
quam per macerationem carnis recte peruenitur
secundum illud Castigo corpus meum et in ser
uitutem redigo. et cetera. Vel secundum origenem. Ressa in
terpretatur temptatio laudis. per quam ad regi
men esse digni efficimur. Laudabilis autem
temptatio est quando anima in bono proficiens
ne de bona uita superbiat. temptatione uel tribu
latione premitur. Vnde Ne magnitudo reue

extol me. Regressi de ceelatha. castra metati
sunt in monte sepher. i. mons pulcritudi
nis. i. xpm. in quem castra figit qui eccl. bu
pert. et temptationum tribulationibus firmiter
resistit patiens. Unde. Domine quis habitabit in
ta. t. et c. usque. iniquam. Nota quod dicit orige
nes in glosa. De ressa per ceelata venitur in
sepher. Videamus quid presunt verba. Amici
vestiunt. nos ad virtutum choros introducunt
et in xpo monte pulcherrimo nos habitare fa
ciunt. Vel secundum origenem. Sepher est tubi
cinatio. quod qui egreditur de ressa. id est de templo
meretricis. carnis lasciuiam refrenando.
fiet eccl. i. collectio virtutum. Et sic ce
latha. Oportet armatum buccinare. i.
alios excitari ad bella contra diabolum. a
quo bello victores redeunt. Ad montem se
pher. Inde in arada. Quod interpretatur miracu
lum. quod qui per ipsum ad xpm accedit qui est mons
sephir eo ei omnia opera meliora apparent
Unde. Domine audiui auditionem tuam et ti. et c.
Deinde in macheleth. quod secundum origenem
interpretatur ab initio. quod quecumque deus ab initio
fecit nobis debet miracula videri et co
gitari. et ab initio nostri ortus ea. et que nunc cir
ca nos geruntur acta admirari. Unde in libro sapie
Ab initio natiuitatis mee investigabo
sapientiam. Inde in thaath. Quod pauor
interpretatur. Unde glosa ieronimus. Pauor custos
est beatitudinis. et c. Qui enim est de terra semper
debet timorem habere. quod et custos virtutum est
timor patiens. Securitas autem labilis est. Unde
ecclesiastico. Sapiens in omnibus metuit.

est in diebus delictorum attendit ad iniquam.
Item apostolus. Noli altum sapere sed time. Item
in prouerbiis. Beatus vir qui semper est pauidus
qui vero mentis est durae corruet in ma
lum. Item iob. Verebar omnia opera mea.
Item apostolus. Cum timore et tremore vestram
salutem operamini. Vel secundum origenem
interpretatur patientia. Quia per timorem
ad patientiam venitur. tribulatio namque
diam confirmat. et a se possideri
facit. De taath castra metati sunt in
thare. Quod malicia vel pastura interpretatur.
Patientibus enim tormentum est multum.
ne malicia diaboli depascat virto
rem et florem virtutum. Vel secundum origenem. tha
re. depulsor vel abactor. Unde et thare
dictus est pater abrahe qui abegit coruos
a fructibus hominum. in quo instruimur
spirituales coruos. s. demones. destru
ctio seminato super viam abigere
Unde ab illo actu. depulsor vel aba
ctor dicitur. Si uolueritis esse patres
illius abrahe qui ait. Qui fecerit volunta
tem patris mei qui in celis est. ille erit meus
pater et mater et frater et soror. illa. s.
maxime voluntatem. unde reuertatur.
Si separauerit preciosum a vili quasi os meum
erit. hoc est enim coruos abigere. Inde
venitur in methca. Quod est contemplatio
stuporis. i. extasis. Cum alicuius mag
ne rei admiratione stupescat animus.
Inde in methca. Quod est dulcedo. s.

thare

methca

dr

contemplationis. vel fructus laboris intra
pacem. ad quam post predicta peruenitur.
quasi. ascendisti ad montem patris excel
sum. et miraris eius virtutum choros. et
mysterium. abiecisti insidiato
rem. ideo sequitur post hec fructum laboris
dulcem. Per varios enim casus. per tot dis
crimina rerum. Tendimus in latium.
Item. sanson qui aues et vulpes a fru
gibus abegerat. et leonem interfecerat, fa
uum mellis in ore eius mortui inuenit
Ionathas per totam diem laborans et cur
rens. fauum inuenit in uespere. Origenes
dicit quod methca interpretatur mors noua. quia
est quando christus moritur. De methca castra
metati sunt in esmona. Quod festinatio
interpretatur. Pergustata enim dulcedo illa
festinare facit. et que retro sunt obliuisci.
Unde et paulus ad illa currens dicebat
Posteriorum oblitus et cetera. Hoc fecerat mulier
et fortis de qua dicitur. Considerauit agrum
et emit eum et cetera. Origenes dicit. In seman
Quod os. vel ossa interpretatur. quia post laborem
necessaria est virtus et uobis patientie. Nam
virtus vidua est quam non patientia firmat.
Perlibatio enim illa dulcedinis forti
tudinem dat omnibus comedentibus et maxime
martyribus De esmona venerunt in meseroth
Quod interpretatur vincula. vel disciplina. Ut
magistrorum teneamus vincula et pre
cepta virtutis apud nos. quasi vincula
partem diaboli ligantia. qui alios
ligat. Unde in ecclesiastico. Si iniecisti sensatum

cingula illius et quod altiora eius extat pes tuus
Item in eodem. Decor vite est in illo. scilicet sapientia
et uincula illius alligatura salutaris. Ori
genes. In meseroth. quod excludens. Ut
scilicet diabolum de corde suo excludat quasi per
malarum cogitationum fugam. Si spiritus potestatem
habens ascenderit super te. locum tuum non dimit
tas. De meseroth in benelacham. Quod
est ysidorum. filii necessitatis. vel stridoris interpretatur.
quia sunt qui de necessitate faciunt sibi virtutem.
Filii enim stridoris sunt qui per timorem seruilem per
ficiunt amplius quam caritatem inducit. Ori
genes in glosa dicit. Post hec in benelacam.
Quod fontes. vel scaturiones. ubi scilicet fontes scien
tie scripturarum hauriuntur. Nichil enim otiosum
est in sacra scriptura. quia unum iota non preteri
bit. notandum quod hec mansio est xxvii.ma Cuius
numerus ab uno usque ad .vii. omnibus
computatis in summa surgit. Filii gratie non
possunt aliquid esse. nisi a gratia sibi conferatur quod per .vii.
significatur. Venerunt in montem galaad. Quod
expeditio. vel nuncius. vel accinctus. vel conceptor
Eos enim qui sunt filii necessitatis concidere debemus
gladio exhortationis. fortiter increpando et increpa
ta resecando. Nos dico accinctos armis
virtutum et maxime zona castitatis. Ar
mis virtutum inquam. et bonorum operum
quas gerit nobis paulus qui armiger noster. Ut
expediti a peccatorum ponderibus et curiositate secula
ris sollicitudinis omnis. Et sic erimus nuntii de
nuntiantes dei uoluntatem. a nobis re
motis ponderibus peccatorum. ut simus filii adop
tionis. Unde iob. Concidetis illum amici.

diuident illu(m) .i. ne. Sic hec in se et de se p(ro)p(ri)o boni p(re)lati. Origenes. Gadgad. temptamentu(m) u(e)l fortitudo. q(uo)d b(e)n(e) co(n)petit. q(ui)a temptatio u(bi) (con)for tat a(n)i(m)am atq(ue) munit cont(ra) diabolu(m). Vn(de) iacob(us). Omne gaudiu(m) estimate cu(m) i(n)cid(er)itis in temptationes uarias. Inde p(ro)fecti i(n) iethe bata. Q(uod) bonitas. et hec mansio est xix et significat etate(m) debita(m) sacerdotis. P(er) q(uo)d notat(ur) q(uod) p(er) (con)cessione(m) p(re)dicationis ascendi m(us) ad bonitate(m) et regnu(m) p(re)lationis. et ita co(n) su(m)mabim(ur) in uiru(m) p(er)fectu(m) et mensura(m) eta tis plenitudinis xp(ist)i. Et facti boni pasto res. ponentes nosmet ip(s)os murum p(ro) do mo isr(ae)l. parati sim(us) ponere a(n)i(m)as n(ost)ras p(ro) o uib(us) n(ost)ris. Q(uia) est u(er)a et excellens bonitas de q(ua) d(icitu)r anthonomasice. Ego su(m) pastor bon(us) et c(etera). De q(uo) hic agit(ur). Maiore(m) hac dilectione(m) n(em)o h(abe)t et c(etera). Origenes dicit. Gadba q(ue) bona interp(retatur). q(ui)a ad bonu(m) uite et(er)ne. n(on) n(is)i post temptationem uenit(ur). Inde eg(re)ssi uene r(un)t in hebrona. Id est t(ra)nsit(us) q(ui)a o(mn)ia mu(n) dana t(ra)nsitoria s(un)t. Vn(de) ecclesiastes i(n) p(ri)nci (pi)o. Vanitas uanitatu(m) et o(mn)ia ua(nitas). Et(iam) p(re)te rit figura hui(us) mundi. ad q(uo)d s(an)c(t)i ueni entes cupient ad meliora t(ra)nsire h(ec) (con)spiciens uer(us) hebre(us). t(ra)nsilit ad uera bona. s(cilicet) ad locu(m) q(ui)etis. Fatuus a(utem) aspi ciens. cupiens ea adheret eis. In a(ne)mogaber. i. ligna uiri. P(er) q(uo)d ilic(o) de lignis et inutilib(us) arborib(us) q(ue) s(un)t in saltu. q(ue) siluestres et steriles ad utilitate(m) op(er)is p(er)uenit(ur). Ori genes. Aniogaber. (con)silia uiri. P(er) q(uo)d notat(ur) p(ro)fect(us) g(ra)t(ie). P(er) q(uo)d a pueritia

ad uiri p(er)fectione(m) uenit(ur). Sed in illo s(un)t fact(us) sum uir euacuaui q(ue) erat paruuli. Hui(us) uiri consilio n(on) sa(p)uit roboam s(ed) puero(rum) et effeminato(rum). Inde uene r(un)t in desertu(m) syn. h(ec) e(st) chades. s(an)c(t)ior. Temptatio q(ue) iteratur. q(ui)a multa no(m)i(n)a s(un)t mansionu(m) q(ue) temptatio i(n)terp(re)ta(n)t(ur). q(uo)d ideo fit. q(ui)a temptatio est necessaria. Aurifex e(ni)m uas necessariu(m) facere uolens illo(d) freq(ue)nt(er) admouet igni. subdit malleis. et rasoriis p(er)stringit ut p(ur)gatu(m) faciat. et ad speciem p(er)ueniat q(ua)m p(ro)spiciat arti fex. Inde castra metati s(un)t in monte hor. Q(uo)d diuisi diu(er)sis modis i(n)terp(re)ta(n)t(ur). Q(ui)da(m) lume(n). q(ui)dam pellem. q(ui)da(m) foramen. S(ed) uer(us) mons i(n)terp(re)tatur. et est in monte hor. i. in monte montis. et hic mor tuus est aaron. In q(uo) notat(ur) q(uo)d p(re)lat(us) mori deb(et) n(on) in monte simplicit(er). s(ed) i(n) monte montis. ut s(cilicet) h(ab)eat p(re)rogati ua meritor(um). In q(ui)b(us) et p(ro) q(ui)b(us) moriat(ur) in s(e)c(u)lo. Q(ui)da(m) in ualle q(ui)dam in campis moriunt(ur). hic (con)t(ra) serpentes pop(u)l(u)m i(n)festabant. In q(uo) notat(ur) q(uod) n(on) habundauit delictu(m) et c(etera). Nota q(uod) aaron plangit(ur). i(n) h(oc) n(on) non. q(ui)a i(n) lege erat descens(us) ad inferos. In euangelio m(a)t(h)e(us) rogi(n)i. P(ro)fecti de mon te or. castra metati s(un)t in salmona. Hoc b(e)n(e) seq(ui)t(ur). P(ro)fecti e(ni)m de monte hor. id est de eminentia u(ir)tutu(m) et bonor(um) op(er)u(m). p(er)ueniendu(m) est ad salmona. q(ue) i(n)terp(re)tat(ur) imagu(n)cula e(ius). i. ad memo riam passionis xp(ist)i. Sic in hac man sione. a serpentib(us) igneis p(er)cuss(us) p(o)p(u)l(u)s.

et sanatur per visionem serpentis enei
in palo suspensi. Sic christus est noster ser-
pens eneus in cruce erectus. ad cuius
consideracionem etiam de monte montis
proficiscendum. Ut lesi ab ignitis ser-
pentibus sanentur in hunc respicientes
consolationis imitatione. In eminen-
tia eius sanctitatis. semper memoria
passionis habenda est. Unde in canticis.
Cyprus cum nardo. quod dicit post hec
sequitur salmona. nardus et crocus. per
cyprum que est arbor alta. viri spiritua-
les. et eminentes. ecce hor. qui
iunguntur nardo que herba humilis
in qua fideles notantur passionis ad quam
sancti veniunt. Inde venerunt in
phynon phynon. quod interpretatur os. quia passionem
christi quam corde credimus. ore confiteri
debemus. De phynon in oboth. Quod
secundum ieronimum magi vel phitones interpretatur.
Post imaginem dei quam corde credi-
mus et ore confitemur consurgunt serpen-
tes et malefice artes. que ad bella
nos provocant. Sed in omni custodia custo-
diendum est cor nostrum. Obturemus autem
nostras ne audiamus voces incantan-
tium et carmina syrenarum que sunt in
exitium dulces. De oboth venerunt
iebarim in iebarim. Quod interpretatur acervus lapi-
dum transeuntium. Lapides autem sunt isti
qui sunt firmi. Unde ysaias. Munimenta
saxorum sublimitas eius. Iste reverendi
lapides sancti elevabuntur. Hii lapides

transeunt. quia hic mansionem non habent. sed fu-
turam inquirunt. Unde. Et non dixerunt qui preteribant
benedictio domini super vos. Hii sunt sicut acervus. in quo sibi uni-
untur lapides. per quod caritas et concordia sanctorum
inter se. Unde ecclesiasticus. Volatilia ad sibi similia con-
gregantur. Quod est in finibus moabitarum. Id est per eorum
motuum. per quos sancti transeunt. De iebarim in
dibongab. Quod chaos interpretatur. vel confusio per
hos enim perfectus ad sinum abrahe. id est regem
eternam appropinquat quam a malis separatur. Per mag-
num chaos ut habetur in euangelio. Vel
aliter. Bene chaos interpretatur gab. quia quod predicat
habundat. tanto ad chaos. id est ad peccati confu-
sionem appropinquat. quanto predicare non cessat. In
dibongab. In quo fuit bellum contra seon
regem amorreorum. et og regem basan.
Quod interpretatur fortiter intellecta temptatio. Tem-
ptationem autem fortiter intelligit qui ei viriliter
resistit. et debiliter ille intelligit [illegible]
ut prius non sentit quam succumbit. Sic notan-
dum. post predicta sequitur temptatio. unde
notatur quod usque in finem non deseruntur iusti
temptationes. Notandum est quod hec est fere
ultima mansionum. quia in exitu conversa-
tionis omnis vires effundit hostis. Inde
egressi in elmondeblathaym. Id est in
contemptum palatarum. vel obprobriorum. Pa-
latarum. id est carricarum. vel ficuum. Palata e-
nim est massa ficuum coadunatarum. Hec ergo ca-
stra metandum. ut intelligamus omnia dulcia
et illecebras voluptatum in hoc seculo contem-
nendas. et obprobria diligenda. Que
si falso obiciantur. et pacifice sustineantur.

beatitudinem pariunt. Item. Notandum
quod mel non offertur in sacrificiis domini
et cera quod mel continet in tabernaculo
non lucet. Sed tamen tantum oleum permissum est
quod de oliue profertur amaritudinem
gignens. Helmon deblataym. Quod
interpretatur contemptus ficuum. Nisi enim
contempta fuerint que delectare uidentur in
terra de terra ad celum transire non possumus
Sicut in luca dicit glosa quod anima si-
milis est uue. Uua enim adherens terre
computrescit. eleuata a terra maturescit
Venerunt ad montes abarym
contra nabo. Quod interpretatur conclusio que est
triplex. Culpe in peccatum. Pene pro
peccato. et hec malorum sunt. Et mortis
ad cuiusque quod omnium est. Et hec triplex
est conclusio. Profecti que de montibus a-
barim transierunt ad campestria
moab super iordanem. contra iericho
Iordanis interpretatur descensus humilis
per quod Christi passio in qua humiliatus
est. Iericho interpretatur luna. per quam de-
fectus intelligitur. et ideo significat mundum
Qui ergo uult castra metari supra
iordanem. id est qui passionem domini uult
imitari. oportet quod ueniat contra
iericho. id est quod mundum contempnat
Item Notandum quod si a uiatore queri-
tur quo iacuerit hac nocte per con-
trarium responsione perfectus eius uie
statum dinosces. Secundum. s. quod ma-
gis et minus distat locus ubi iacuerat ab
eo. in quo hoc ab eo quesitum est. Similiter
si a puero queratur quid legat. secundum quod
responderit eius statum patet intelligentia
Sic per nomina mansionum notantur profe-
ctus et incrementa uirtutum. Ibique castra
metati sunt de belsymon usque ad bel-
satym. Bethsymon. domus obedientie. que
est claustrum. Belsatim. luctus spinarum
Et de obedientia ueniunt ad luctum. Clau-
strales enim sancti lugent pro peccatis suis
quantumcumque perfecti sint. Et bene ultima
mansio in luctu terminatur. quia luctus
perseuerans debet esse usque ad finem uite
Hoc est quod in canticis legitur quod post emissionem
paradysi et cetera. ponuntur hec duo. myrra
et aloe. id est mortificatio carnis. et
amaritudo mentis. Quod enim quis est
sanctitate maior eo in penitentia fir-
mior. et hoc ideo quia sola aquila tantum
mortua sentit cadauera non minores
aues. Ubi locutus est dominus ad moysen
dicens. Precipe filiis israel et cetera. Moyses
lex. que precipit filiis israel. id est iustis. qui
intrant terram chanaan. id est uitiorum
possessionem que per chanaam intelligitur
Interpretatur enim commutata. et qui uirtutes pos-
sidet commutari debet. deponendo. s.
ueterem hominem cum actibus suis. Item ysaias.
Erunt quinque ciuitates in terra egypti
loquentes lingua chananea. id est lingua
commutata. Disperdite cunctos habitatores

Hic terminatur de mansionibus

regionis illius. Nota tuba. Disponitur
diversis modis propter ut unicuique
morbo sua adhibeatur medicina. Ora-
tione sanentur pestes mentis. Ieiunio
vicia corporis. Cunctos habitatores
id est vicia. scilicet omnia. ut nullum remaneat.
Confringite vitulos. Non tantum
frangite. Vitulus est animal lascivum. et re-
calcitrans. et significat carnis lasciviam
et recalcitrantem contra spiritum. De hoc
vitulo dicitur. quod filii israel adoraverunt
caput vituli. Per caput prin-
cipium voluptatis. quia stulti ado-
rant. quia tantum principium quod dulce est
attendunt. nec finem qui amarus est prospi-
ciunt. Si enim finem prospicerent prin-
cipium non adorarent. Et statuas
comminuite. Statue sunt cogitatio-
nes peccati. et imaginationes pec-
catorum que sunt gemmigende. De his
iezechiel. Perfode parietem et cetera. Et ingressus
sum et vidi reptilia depi-
cta in pariete. Reptilia depic-
ta in pariete sunt cogitationes clau-
strales tunice. qui mente ad ollas
carnium revertuntur. Excelsa. Superbi-
am carnis. Unde in regum de regi-
bus dicitur. Verumtamen excelsa non abstu-
lit. et nota quod dicit. vastate. non so-
lum. destruite. Iactantiam quam quis
singularis vult apparere. Et nota
hic illa tria vicia. que excelsa nullus

rex abstulit in iherusalem. nisi iosias
ille qui dixit. Discite a me quia mitis
sum et humilis corde. Item beati pauperes
spiritu. Qui se exaltat humiliabitur.
Omnes mundantes terram. Cordis et habi-
tantes in ea. declinando a malo
et faciendo bonum. Quod non potest fieri
nisi prius cor possideatur. quod fit dono dei.
Invenitur enim per dolorem. possidetur per
patientiam. colitur per laborem. semi-
natur per caritatem. ornatur per munditiam
variam operationem. Inhabitatur
per gratiam devotam et iocundam acti-
onem. Quod est buccinate in neome-
nia tuba. Cor enim ad diversa
emissum amittitur. Invenitur cum
in se colligitur et circa unum philo-
sophatur. Iuxta illud. Unam petii
a domino hanc requiram. Unde david. Inve-
nit servus tuus cor suum. Possede-
runt illud. In patientia vestra possi-
debitis animas vestras. Item ecclesiastici. Qui
accelerat in operationibus hic pos-
sessor est cordis. Sin autem noluerint
interficere habitatores terre. id est
malignos spiritus et vicia. Erunt
vobis quasi clavi in oculis. In
quo notatur excecatio obstinato-
rum. Clavus enim firmiter in-
fixus excecat oculum. Clavus quasi
in oculis est peccatum firmiter
inherens. et animam excecans. et

accipitur hic clauus in malum. alibi
uero in bonum. Ut uerba sapientium que
sunt. et que claui in altum defixi. Et
qui lanceę in lateribus uestris. Lancea est
suggestio diabolica. que latus .i. cor
uulnerat. Et ille qui uagabundus est lan
ceam habet in lateribus. Nisi enim lanceas
haberent et excecati essent quales non
ita incederent. Et hoc est quod Sam
son excecatus positus est ad molam
Sedechias excecatus et filiis orbatus
ductus in babylonem. Et aduersabuntur
uobis. etc. Secundum illud Seruie
tis diis alienis et non dabunt uobis
requiem. Vel secundum illud libri sapientie. Ex iniquis
filii qui nascuntur erunt testes
nequitie contra parentes suos in in
terrogatione sua. Et notantur hic
illa tria uitia egregie et pessime. scilicet
concupiscentia oculorum. concupiscen
tia carnis. Superbia uite. Locutus
est dominus ad moysen dicens. etc. Hic
agitur de limitatione terre. Multi
per hec distinctio terre et nomina ciui
tatum diuersas significant celestes et eternas
mansiones. Pars meridiana incipiet
a solitudine Syn. Huic loco
concordat quod in genesi legitur quod
dominus dixit ad abraham. Leua ocu
los tuos. a loco in quo nunc es. et uide

ad orientem et occidentem. et meridiem
et aquilonem. Ad orientem uero respicit
qui aduentum christi primum uel secundum at
tendit. Ad occidentem. qui peccata
considerans plangit. Ad austrum qui
christi erga nos beneficia perspicit. Ad
aquilonem. qui se per cautus demonis in
sidias repellit. Hoc est quod hic dicitur Pars
meridiana incipiet a solitudine — prima plaga
Syn. Syn est temptatio. Solitudo
que syn est paupertas spiritualis .i. uolun
taria. Iterum. Bene temptationis est
solitudo. Quia summa petit liuor
perflant altissima uenti. Soli enim
miseri inuidia carent. Paupertas
autem non spiritualis. si non est spontanea. — Sermo
Que est iuxta edom .i. mundum. — claustralibus
quia semper pauperes spirituales .i. clau
strales persequitur sicut laban iacob.
Et habebit terminos contra orientem
mare salsissimum. Quia ab amari
tudine incipit in principio. Graue
est enim propter christum omnia relinquere. Qui cir
cuibunt australem plagam. Id est
considerare debent beneficia dei nobis
exhibita. et maxime [illegible] — crucifixionis
Ex forma enim crucifixi est claustra
lis uite forma colligitur. Ut pro
dens clamantibus. Descende de
cruce. et dominus noluit descendere.

deus intelligi ut in claustro semper ma
neant. et mortificationi quam pro eo
sustinent semper insistant. Similiter
in omnibus passionum appendiciis instru
itur milicia claustralis. Per ascensum scor
pionis. Ad litteram nomen est loci. Mi
stice ascensus scorpionis est diabolus
qui corpore blanditur facie et pungit
cauda. Sic diabolus in principio volup
tatis blanditur et in fine aculeo pun
git mortem infundendo. Ita ut transi
rent in senna. Quod interpretatur manda

senna

tum. vel voluntatem. Ad hoc enim per
calcatum diabolum et omnia obstantia
pertransire debent. ut peragant et ad
impleant mandata obedientie
Et pervenirent in meridiem. id est

meridiem

humiliter in bona conversatione
per caritatis fervorem. Usque cades
barne. Quod electa commutatio inter
pretatur quod veniendum est. Cuiusmodi
mutatio non est illorum claustralium
qui bursarii sunt. Mutatio enim
habitus electa est. cum secundum figuram
habitus mutatur et animus. Unde
egredientur confinia ad villam. In qua
notatur custodia. Villam dico nomine
adar. Quod interpretatur grex. Quia prelati
custodes debent esse subditorum. Vel quia
prelatum custodes debent esse aliorum

salutem orando pro eis. Vel in custodia uni
tatis et societatis. Et tendentur usque
ad semona. Quod festinitas interpretatur
operacio aliorum et sollicitudo ex caritate
festinantium brevitatem vitae suae. Vel
semper dicunt quod de mercede venerint
in esmona. id est de fructu contemplati
onis ad festinationem. Scilicet ut exirent
cum paulo ad patriam dicentem. Cu
pio dissolvi et esse cum Christo. Usque ad
torrentem egypti. Ut scilicet consideret vete
rem peccatum et conversationem mundi. non ad
delectandum. sed ad contempnendum.
Et maris magni. id est pene eterne
ut in eorum amaritudine. quam in
littore tuto cesserat quis. Plage autem
occidentalis. Hec ad lugentes pec
cata pertinent. qui scilicet peccata in se
cognoscentes. plagam lacrimis de
lent. Quorum terminus. id est conversionis
initium. incipit. A magno mari.
id est ab amaritudine magne contri
tionis. et terminatur in dolore satis
factionis laboriose. Porro ad septen
trionalem plagam. Hoc ad eos pertinet
qui in caritate consistunt insidias dia
boli semper vitare attendunt. et
ab eis sibi precavent. Hii sunt perfecti
et proficientes in bono. A mari mag
no terminum recipient. Quod est magnum

dine peccatorum peccatorem considerare
que uerum reducunt omnia quantum ad
pene abnormitatem. si illud perpetrauerint
rent. et ita cessatur a peccato ca
pite golie ense proprio amputato.
Usque ad montem altissimum. scilicet
diabolum. adueniendum. Ut ca
ueamus. De hoc zacharias. Quis
tu mons magne coram zoro
babel. Sequitur. A quo uenerunt in
emath. Quod formidans uel indig
nans interpretatur. Considerando enim
peccatum formidare debemus pe
nam. et ideo indignari quod peccemus
Usque ad tumnos sebala. Quod ca
baria testium. Supple christi. Testes
christi sancti sunt. quis cibauimus dum bona
opera facimus. Iuxta illud. Meus
cibus est ut faciam uo. pa. m. [illegible]
Usque zephrona. Quod interpretatur
huius oris uisio. Debemus enim co
gitare quod de omni cibo ocioso red
dituri sumus rationem. Et huius oris
uisionem debemus habere. Ut
tandem perueniamus ad uillam
enan. Quod est fons oculi per
quem debemus claudere et finire ui
tam. quia extrema gaudii lu
ctus occupabit. Huius enim oris
suspecta uisione. fonte oculi

cie mundari debemus. De zephrona
descendent termini in rebla. Quod
idem est quod henan. id est anthiochia
Et interpretatur commissum. quia quod nobis a domino
fideliter committitur. Ut uirtutes et animam
fideliter seruare debemus. Quod fit
per fructum passionis christi. Contra
fontem daphnim. Quod signum apertum dicitur
Quod enim modo occultum et opertum. scilicet
cor humanum. tunc omnibus notum et aper
tum erit. scilicet in die iudicii. Secundum
illud. Nichil opertum quod non reueletur.
Ad mare cenereth. Quod signum cy
thare. uel lucerna interpretatur. Signum cytha
re est passio christi que per cytharam. Et hec
est predicanda aliis. Eadem est lucerna. que nos
per gratiam illuminat. Usque ad iordanem
Quod interpretatur humilis descensus. In quo hu
militas notatur. Notandum quod .iiii. plage
hic nominantur quarum finales termini. tri
sticiam signant. quod si eorum interpretationes
inspicias elucebit. In quo notatur quod in
omni conuersatione bonorum breuis debet esse conti
nuus et perseuerans usque ad mortem
Unde sicut in mansionibus ultima
fuit bethsymon. quod lucus spinarum inter
pretatur. Et ut huius rei euidentissimum
relinqueret exemplum ipse saluator cum coro
na consummauit. Similiter et petrus et eius
frater andreas. sic et de ceteris. Porpe

Luc'

filius israel. et cetera. Id est laicis et subditis
Ut dent ciuitates leuitis. Id est pre
latis et clericis. Hoc est quod dicit apostolus
Si seminauimus uobis spiritualia mag
num est. et cetera. Date ergo eis ciuitates.
Sed ad quid? Ad alenda pecora. quia pre
lati temporalia ad sustentandum pauperes
subditos tenentur. eius subditos non tan
tum in doctrina. uerum si possent in
corporali subuenire elemosina si indi
geant. Hinc est quod dominus oues commendans
petro ait semel pasce. De agnis
autem dicit bis. Pasce. Per oues perfecti et ma
iores. qui sibi sufficiunt. quos alii perfectio
res tantum doctrina instruere tenentur.
Agni autem non tondentur quia eorum lana non est
multum expediens. et preterea ipsi indi
gent. per quos minores et simplices quos
dupliciter sustentare tenemur. Debemus
enim et doctrina et esca eos si facultas
sit sustentare. Vel data sunt leuitis
suburbana per mille passus. Spacium
quod illud est iter sabbati. In quo notatur quod
quicquid habet clericus. iter sabbati est. id est
totum est ex ecclesia. quod sic ut ea parte
at iter ad sabbatum eterne sollempni
tatis. Item. Bene dicitur. Sabbati iter.
quia cum omnibus per possessiones recte uten
do ad dominum tendere debeant. Unde
dicitur. Redime elemosinis peccata tua.
potius clerici qui per leuitas intelliguntur

Item notandum quod de ciuitatibus leuitarum
sumpte sunt ciuitates refugii ad desig
nandum quod maxime bona leuitarum
refugium pauperum esse debent. et cle
ricorum et laicorum indigentium. Scilicet
illud decimi ieronimi. Quicquid habent
clerici pauperum est. In presidia fu
gitiuorum qui nolentes sanguinem fuderint.
Moraliter. Tres de ciuitatibus refugii
erant trans iordanem. tres citra. per
quos triplex status designatur. Ciuitates
refugii citra iordanem. status penitentie.
Ultra trans iordanem status innocentie. qui ergo
non potest esse trans iordanem. id est in statu
innocentie. oportet quod sit in ciuitatibus
citra iordanem. id est in statu penitentie.
Et bene nota ciuitatum que fuerunt citra
iordanem que conueniunt penitentie. Citra
iordanem enim fuit. bosor. quod interpretatur
angustia. et erat in solitudine. Item
Ibi fuit ramath. Excelsa mors. uel
uisio mortis. Gaulon. id est uolup
tatio. Prima ciuitas significat cellulam
monachi. et angustiam uite clau
stralis. que per solitudinem significatur. Secunda
significat. uitam penitentium. que est mors
excelsa. qui est quia mundo moriuntur
et ita deo uiuunt. Item. Nota quod
penitentes uisionem mortis future ha
bere debent et respectum gehenne. Ter
tia quia memores debent esse finis

uis. qui in cinerem resoluerit. Vn
cuius suum memorie asperitas penitentie
manere (?) et cilicio deberet opponi
vel tres ciuitates iordanis penitentia que in
his consistit. In macatione cordis. oris
operis. Prima est ciuitas que angustia int
pro contritio cordis amara. Secunda que
expressa oris. confessio oris. que debet
ut mortem preueniat. secundum illud
ante mortem confiteberis. viuens et sanus
confiteberis. Tertia que voluntatis. sa
tisfactio operis. Ciuitates enim trans ior
danem fuerunt cades. que sancti interpretatur et
significat uitam bonorum et precipue uirginum
Ebron. Coniungitur et ligatur coniuga
tis. Item. Notandum quod occidens volun
tate non defendebatur. Ita notatur
peccans mortaliter asperiori indi
get penitentia. Et nota si extra ciuitatem
inueniatur nolens homicida a
propinquo. Ita si peccator extra fines
penitentie errat contemptu satisfa
ctionis a diabolo occidi permittitur.
Unde et per Semei intelligitur a salo
mone. qui portas ierusalem exiuit
etc. Manens in ciuitate non nisi post
mortem summi pontificis liberabatur
a peccatoribus non nisi per mortem
et per mortem christi fuit salus. Ne
polluatis terram habitationis uestre
terram habitationis sue polluit

qui cruenta et nefaria opera facit pro[x]i
scandalizando. et spiritualiter inficiendo
Omnis enim qui odit fratrem suum homicida est
Item. Si quis scandalizauerit de pusillis etc.
Et non per confessionem peccatorum et condignam
penitentiam carnis desideria occidantur
tra corporis et nullo modo mundabitur
non deus in animam et habitabit ubi sterquilinio
re gulationis sordide durauit iudicium (?).
Unde et quod dicit gregorius. quod per sanguinem
amara contritio. sanguis enim est .i. pecca
tum delet per sanguinem .i. per amarissi
mam contritionem cordis. quia dum amare
flet peccator pro peccatis. quasi quendam anime
fundit sanguis. Accesserunt autem et prin
cipes familiarum galaath. quod actiuus testi
monium. filii machir. Pendens. filii
manasse. Obliuio. De stirpe filiorum
ioseph. quod auctus. Principes sunt bone
cogitationes que in omni opere bono antece
dunt. quod bonum sit actiuus testimonium quem
secundum scripturas testimonia dictant pro
animabus fidelium. Machir autem est. quia
cogitationes bone procedunt ab eo qui uen
didit temporalia ut acquirat eterna.
et sic tenendo posteriorum obliuiscitur in anteriora
se extendit. et sic crescit ambulans
de uirtute in uirtutem. ut prima gloriam
eterna. Per filias salphaat que fuerunt
quinque. opera .v. sensuum. Salphaat interpretatur
umbra fortitudinis. quia opera nostra tempore de

berit secundum illud iob. Vebar (?) oĩa opa mea
Et nota qd bene principes. i. bone
cogitationes locuntur per opibꝫ car
nis ne transeant ad hoiem alteri
us. qd fit qn opus bonum male inten
tioni superadditur. Nubant qbus volu
erint. Similiter apls. Mulier mor
tuo viro suo nubat cui
voluerit. Filie salphat. Ne simpli
ces. Maala. Infirmitas. Et thersa
complacens. Et egla. Sollempnitas vitalis
vitulus. Melcha. Rex eius. Noba. Mor.
Hec nubunt. Filius patris sui. i. do
ctrine fidelium de gentibꝫ que eas duxe
runt. Qui g humilitatem habere studet
Ecce maala. Et in infirmitatibus suis
complacet. Ecce thersa. Et sollempnita
tem agit. Ecce egla. Et grata mu
nera deo tribuit. Ecce eadem secundum aliam
translationem uel interpretationem. Que est
vitulus. 7 rex sue conuersationis exaltat
Ecce melcha. Et in processu virtutum
mouetur ambulans de uirtute in uirtutem
Ecce noba. Per has predicta intelliguntur
Possessio. i. pia actio. In tribu 7 fami
lia patris earum. i. in catholica ecclesia
Explicit liber numeri

PENTATEUCH
Glossatum

Exod } ta
Leviticus } ta
Numeri

2433V

PENTATEUCH
EXODUS
LEVITICUS &
NUMBERS

LATIN
MS.

XIII. CENTURY